



2-12-6-8

num. 22. cap. 6. num. 8.

opionas. los x y m  
adiat



CLAVRENTII VALLENSIS AD SANCTISSIMVM NICOLAVM QVIN  
TVM PONTIFICEM MAXIMVM IN THVCYDIDIS HISTORICI TRA  
NSLATIONEM.

PROOEMIUM.

**Q**VOD Aeneas apud Virgilium Nicolae Quinte Summe Pō  
tifex: Id ego nunc possum dicere: Et quia carmen ē etiam de  
cantare. Iuvat euasisse tot Vrbes Argolicas; medioque uiam  
tenuisse per hostes. Nam e. r. argolicis urbibus atq; ex medijs  
hostibus euasisse mihi uideor militia iam quam mihi impe  
traueras perfunctus. Et enim quē admodum Romani olim  
imperatores qualis Augustus Antonius alitq; permulti tua  
dignitas facit: ut hac utar comparatione; Romae confidētes  
ac per se se Urbana negotia procurātes bella praefertim peregrina ducibus demā  
dabant: ita tu cum sacra: religionem: diuina atq; humana iura: pacem: amplitudi  
nem salutē latini orbis per te ipsam cures: mandasti cum alia alijs: tum uero no  
bis quasi tuis praefectis tribunis ducibus utriusque linguae peritis: ut omnem  
quoad possemus gratiam tuae ditioi subiiceremus id est ut graecos tibi libros in  
latinum traduceremus. Propositum sane Magnificum singulare & uere summo  
Pontifice sapiente dignum. Nam quid utilius? Quid uberius? quid etiam magis  
necessarium librorum interpretatione? Ut haec mihi mercatura quaedam opti  
marum artium esse uideatur. Magnae rei eam comparo cum mercatura compa  
ro. Quid enim illa in rebus humanis cōducibilis quae omnia ad uictum ad cul  
tum ad praesidium ad ornamentum ad delicias deniq; uitae pertinentia compor  
tat: ut nihil usquam desit: omnia ubiq; abundant. & quod in aureo saeculo fuisse  
fertur: sint cunctorum quodammodo cuncta cōmunia. Idem fit in translatione  
linguarum sed tanto praeclearius quanto potiora sunt bona mentis corporis bo  
nis. Siquidem ex rebus quas ista transferendi negotiatio nobis apportat animi  
alitur uestiuntur roborantur ornantur delectantur ac prope diuiniore efficiun  
tur. Nam quid suauius salubrius amabilis & ut uno completar uerbo melius q̄  
libri qui uel e graeca uel ex hebraea uel ex Chaldaica punica ue lingua in nostra  
traducuntur: siue historicorū siue Oratorum siue Poetarum siue Philosopho  
rum siue medicorū siue theologorum. Adeo nullum cū deo nos Latini cōmer  
tium haberemus nisi testamētum uetus ex hebraeo & nouum e graeco foret tra  
ductum. Longiore opus esset oratione qui ut huic temporari conueniret ad om  
nes interpretationis laudes exequendas. Sed ut ommissa aliarum linguarum me  
tione ad superiorem redeam militiae comparationem. Nō minus tibi gloriosum  
ē Romane Pontifex libros graecos q̄ reliqui sunt trāsferendos curare q̄ aut Asia  
aut Macedoniam aut ceteram graeciam Romano adicere imperio. Verum enī  
uero quae mihi uel forte optigit uel consulto data est prouincia ita dura ita aspe  
ra est ut uix ulla ex omnibus magis. Octo namq; ut scias mi imperator si forte ne  
scis quae expugnanda mihi mādasti oppida in editissimis sita sunt: ac saxeis mon  
tibus quae neq; telis tormentis ue ledi neq; scalis ascendi neq; uallo cingi ac uix  
cuniculis oppugnari possint. Neq; hoc uelim magis imbecillitati meae attribuas  
quae rei difficultati. Nam omnium confessione arduus est saxeusq; Thucydides  
cum ceteris in locis tum uero in orationibus quibus octo eius referēti sunt libri

a ii

*Spela ...*

I  
00283

61854836

29  
Pessaron

Vt Ciceronis quem græcum suæ ætatis homines appellabant uerbis constat dicentis in oratore. ipsæ illæ contiones ita multas habent abditasque sententias uix ut intelligantur. At cur sumpsisti hoc opus quidam inquit? Ego uero non sumpsisti sed accepi nihil minus quam mea sponte sumpturus. At cur accepisti? Nempe quod imperatoris mei detractare impia sanctissimi alioquin & sapientissimi uiri nefas esse ducebatur: & cum ille tantum mihi honoris habuisset. ita enim interpretabar ut prouintiam a nemine unquam bello tentatam mihi debellandam committeret imo facius ipsi operi quam aut contumaciter aut ignauiter desistere. Decepit me tamen una qua nitebar spes: Bislarion Cardinalis Nicenus: cuius ut opinor suasu transferendum tu mihi Thucydidem iniunxisti uir ne ceteras eius laudes attingam consensu eruditiorum: iter græcos latinissimus: inter Latinos græcissimus. Is enim qui precipue me & potuisset adiuuare & uoluisset statim post mandata hanc mihi prouinciam abs te Bononiæ legatus est missus. Quo magis desperationem uictoriæ præsumebam quod meo mihi Marte agendum esset neminemque haberem qui aut posset: aut uellet auxilio esse. Itaque quantum laboris exhauserim aut potius exanclauerim quantum Erumnae periculorumque pertulerim uel hinc estima: quod si mihi ob hoc quemadmodum erga multos fecisti triumphum decreueris non tam ipso triumpho gauisurus sum quam laboris sine gaudeo. Quociens enim mihi uidebar insuffodiendis cuniculis uersari aut in profundis lapidicinis aut inscrutandis auri uenis intra uiscera montium abditis unde nec suspicere nec prospicere nec respicere possem sine ullo laboris mei aut socio aut consilio. Quare si his cuniculis oppida expugnauit si lapides hos porphyreticos excidit si hoc auge effodi ut spero nimis causa est cur sine labore meorum hoc esse factum gaudeam. Et enim Thucydides ut iam de laudibus eius dicam. Talis est inter historicos græcos quale aut inter marmora porphyriticum aut inter metalla auge tanta in eo grauitas tanta ius tanta sine ulla (ut sic dicam) scoria fides quod est in historia precipuum ut ista qui legunt uera prorsus fuisse non dubitent & scriptorem rebus agendis non tantum interfuisse sed etiam presuisse pro ut inter fuit multis & præfuit ut ex ipso quoque opere apparebit. Tametsi existimatum est serius uenisse cum classe ad afferendam Antipoli opem & ob id iniuste exilio mulctatus. Quo in exilio hanc scripsit historiam: nec eam ut statuerat absoluere potuit morte preuentus. Hic igitur sine controuersia atque Herodotus ita iter græcos historicos extitere princeps ut inter nostros Salustius ac Liuius. Quod testatur tum Cicero alter enim sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit alter incitator fertur & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum: tum Quintilianus historiam multi scripsere præclare sed nemo dubitat longe duos ceteris præferendos quoque diuersa uirtus laudem pene est parem consequuta densus & breuis & semper instans sibi Thucydides: dulcis & candidus & fulus Herodotus: ille concitatis hic remissis affectibus: melior ille contionibus hic sermonibus ille ut hic uoluptate. Habes itaque Summe Pontifex qualis sit græce Thucydides quem si a me traductum censebis eandem seruare dignitatem: omnis mei laboris obliuiscar. Strenuus enim miles nihil pluris facit quam a suo quoque præstantissimus sit imperatore laudari. Iam tuum meumque Thucydidem: hoc namque tecum commune habebis si opus meum probabis agnoscas.

1  
THUCYDIDIS HISTORIARVM PELOPONNENSIVM LIBER PRIMVS.

**T**HUCYDIDES Atheniensis bellum peloponnesium Atheniensiumque quod inter se gesserunt conscripsit: Exorsus statim ab eo moto: sperans etiam fore tum magnum: tum superioribus memorabilius certis hinc signis: quod & utriusque floribus omnium ad bellum apparatu: & cetera græcia eius finibus ad alterutros accessit: alii quidem protinus: alii uero post consultationem. Et enim maximus hinc græcorum motus exitit: & quadam ex parte barbarorum ac prope dixerim plurimorum hominum. Siquidem quæ ante nos natos: quæque uetustiora adhuc fuerunt plane compta esse propter longitudinem æui non quierunt. Sed ex coniecturis per quas longissime repetenti mihi contingit credere non magna sane extitisse existimo: neque bellicis neque ceteris in rebus. Nam constat eam quæ nunc græcia uocatur haudquaquam stabiliter olim fuisse habitatam: crebroque illic migratum quod facile sua quique relinquerebant. ab aliquorum maiore numero coacti. Quippe nulla dum negotiatione: nullo inter se citra formidinem commercio: uel terra uel mari sua quisque ea tenus colentes: quatenus suppeteret uictui non pecuniæ copiam habentes: nec humum arboribus conferentes: utpote incertam: quotiens quis alius superueniens auferret ab eis præsertim quod muris carerent: & existimantes se necessarium quotidie uictum ubique adepturos haud ægre pellebantur. Ideoque neque magnitudine ciuitatum ualidi erant: neque alio bellico apparatu: Adeo quaque tellus præcipue paciebatur assiduas incolarum migrationes ueluti ea quæ nunc thessalia uocatur. & Boetia & pleraque peloponnesus præter Archadiam: quæque alia terrarum uberrima erat. Nam propter bonitatem soli maiores aliquorum iam uires effectæ: tum seditiones excitabantur: tum uel magis alienigenarum insidias obnoxii erant. Itaque magis Atticam obsterilitatis segetis longo æuo pacatam iidem semper incolere homines. Cuius rei non minimum indicium est propter colonias quas dimisit non in ceteris per æque aduictam fuisse. Nam ex reliqua græcia qui aut bello aut seditione exciderant ad athenienses tanquam ad stabiles potentissimi quique se recepere. Confestimque ciues effecti: iam inde a uetustate maiorem etiam hominum frequentiam Ciuitatem fecere: ita ut postea non sufficiente iam attica colonias ioniam quoque dimiserint. Facit autem apud me fidem præcæ imbecillitatis hoc quoque non minimum: quod ante troianum bellum constat græciam Helladem nihil communiter egisse ne ipsum quidem hoc nomen tota utique mihi uideretur habuisse. Sed quædam loca ante Hellenem Deucalionis filium: nec usque quaque hoc fuisse cognomen: sed tum suum: cuiusque gentis proprium tum pelagicum a se ipsis cognomen imposuimus. Hellene autem eiusque liberis in phthiotia rerum potitis & eas gentes emolumentum gratia in alias Ciuitates adducentibus: singulos iam maxime propter linguæ commercium Hellenes id est græcos esse uocatos. Quæ res longo tempore non potuit optineri quod indicat præcipue Homerus qui diu post troianum bellum natus: nequaquam cunctos sic uocauit: nec alios quam

a iiii

Hellenes deua  
nis



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

CRÉDOS USALES

qui cum Achille ex phthiotide qui & primi Hellenes fuerunt : Danaos uero &  
 Argiuos & Achæos in carminibus predicat: nec tamen appellabat barbaros : ea  
 re quod nec dum hellenes id est græci in unum nomen barbaro ut mihi uide-  
 tur oppositum concessissent. Qui igitur tanquam græci essent omnes & inter  
 quorum Ciuitates commertium eiudem linguæ erat. Postea uno uocati no-  
 mine nihil prorsus ante troiana tempora propter inopiam & in permixtum ui-  
 tæ genus frequentes egerunt. Sed in hanc expeditionem q̄ mari iam plerunq̄  
 uli essent exierunt. Nam Minos eorum quos auditu cognouimus antiquissi-  
 mus classem comparauit: maximam partem maris quod græcum nunc dicitur  
 tenuit: & insularum Cycladum dominus primus in earum plerisq̄ colonias po-  
 suit: caribus electis filiosque suos constituit principes. Insuper quoad potuit La-  
 trones e mari ut credibile est sustulit potius ut sibi redditus obuenirent. Nam  
 & græci oim & barbarorum: quique in continente maritimi erant quique insu-  
 las incolebant ubi cœperunt crebrius alii ad alios nauibus transire: Ad latroci-  
 nium conuersi sunt ducibus non tenuissimis tum sui quæstus: tum pauperum  
 uictus gratia. Atque adorti Ciuitates muro uacantes uicatimque habitantes di-  
 ripiebant ac maximam uictus partem hinc comparabant: nullo ob id pudore  
 non nihil potius sibi gloriosum. Quod declarant cum quidem etiam nunc in-  
 continente quibus decori est hoc egregie exercere: tū uetustissimi Poetæ apud  
 quos illi ultro citroque nauigantes in interrogantur nūquid latrões sint: tanquam  
 non inficiaturos opus ut turpe quod scire studerent. Et in mediteraneis etiam  
 homines mutuo prædantur: & adhuc pleraque in græcia Vetustus mos colitur:  
 utique apud Locros: qui uocantur Ozolæ & Aetolos & Acarnanas & hac ipsam  
 continentem. Quin etiam arma ferre apud hos ex uetere latrocinio petman-  
 sit. Omnis enim græcia arma gestabat: quod uidelicet nec penates munitioni-  
 bus cincti: nec difficiles mutuo incursionibus essent: uitamque assidue sub armis  
 agebant ritu barbarorum. Cuius rei signum est ex gentibus græcia adhuc ita  
 uiuentibus: publica hac inter omnes aliquando uiuendi consuetudine. Inter  
 quos primi Athenienses ferrum deposuerunt & ex illo soluto uitæ genere in lau-  
 cius transierunt: Nec multum tempus est ex quo seniores eorum utique beati  
 ferre deserunt Lineas tunicas: cicadasque in seriem aureas ac cincinos in ple-  
 xilem modum concinnatos. Vnde apud ionium quoque seniores propter co-  
 gnationem uiguit hic cultus: Modica autem ueste ad præsentis usque mores  
 usi sunt. Primi Lacedæmonii & cum cæteris rebus tum præcipue in uictu locu-  
 pliores uulgo sunt similes: lidem primi corpora certaturi nudauerunt propa-  
 lam se exuètes oleoque unxerunt: cum olim etiã in olympiaco certamine athle-  
 tæ subligacula circum uerenda habentes pugnarent. Nec ita multi anni ex quo  
 illa haberi sunt desita: quæ adhuc uiuuntur apud barbaros cum alios tum uero  
 Asianos a quibus præmia pugilibus ac luctatoribus proponuntur: braccatis hoc  
 agentibus Multis præterea ex aliis ostenderet quis græcam antiquitatem cum  
 barbarorum qui nunc sunt moribus congruentem. A ciuitatibus autem quæ  
 nouissime sunt contractæ præsertim quæ pecuniis abundarent hominibus iam  
 rei maritimæ scientioribus ad ipsa littora urbes conditæ sunt: occupatis isthmis  
 id est terrarum inter diuersa maria angustiis: tum negotiationis causa: tum tute-  
 læ aduersus suos quæque finitimos. At uetustæ Urbes propter assiduam latro-  
 num infestationem procul a mari sunt sitæ: siue in insulis siue in continente.

Minos

Cyrcos latrocinia

Locri oleo

Laced. primi corpora  
certaturi nudauerunt  
atq; unxerunt oleo.

Primi Lacedæmonii ex Lacedæmonii primis corpore nudauerunt ut scribit Dionysius hali-  
carnasus in fine 7. tomus antiquitatis libri.

Quia quæ deorsum ad mare Ciuitates erant ignaræ rei maritimæ mutuo se se  
 spoliabant & adhuc muris carent. Nec minus latrocinabantur qui ex insulis  
 erant Cares phænicesque. Nam hi insularum plurimas incolebant. Quod pro-  
 batur testimonio. Siquidem cum expiaretur ab Atheniensibus hoc bello deus  
 delictis sepulcris eorum quicunque in ea insula decessissent supra dimidium  
 cares agniti sunt: Tum genere armorum cum quibus sepulti erant: tum ipso  
 more quo nunc quoque sepeliuntur. Minos autem re nautica potito: Liberius  
 ultro citroque nauigatum est sublati ab eo insularum prædonibus in earumq̄  
 pleraque deducti ab eodem coloniis maritimi homines iam magis conficien-  
 dæ pecuniæ dediti tutius habitauerunt: & inter eos quidam ut ditiores effecti mu-  
 nis ciuitatem circumdederunt. Et enim cupiditate lucrandi & qui tenuiores erant  
 sustinuerunt seruire potioribus: & qui potentiores cum facultates haberent: mi-  
 nores ciuitates sibi obsequentes reddiderunt. Atque hunc in modum magis cū  
 profecissent in secutis temporibus ad Troiam cum exercitu profecti sunt. Ex  
 quibus mihi uidetur Agamemnon tunc uiribus antecelluisse: nec tantum clas-  
 sem coegisse qui duceret Helenæ procos iureiurando Tindari adactos. Et enim  
 ferunt qui exploratissime Peloponnesium gesta a maioribus natu per manus  
 tradita cognouerunt: Pelopem primum ui pecuniarum quam portans ex Asia  
 ad parandam sibi inter inopes potentiam uenit: & si peregrinus erat tamé cogno-  
 men regionis optinuisse & postea ab ipsius posteris Atreo Agamemnone plus pe-  
 cuniæ fuisse cumulatam Euristheo per Aeacidas in Attica interfecto: cuius Atre-  
 us erat auunculus. Huic Euristheus patrem fugienti propter Chryssippi necem  
 cum ipse in expeditione ageret Mycenarum & regni curam propter propinquit-  
 tatem delegauerat. Vbi non rediit Euristheus amplius Atreum uolentibus My-  
 cænis acidarum metu simulque quod strenuus uideretur esse & multitudinis  
 studiosus cum adesset regno potitum esse Mycenarum & quibuscunq̄ sororis  
 filius imperitauerat: maioreque pelopidas quam perfidas extitisse. Quæ Aga-  
 memnon ut mea fert opinio accipiens & præterea re nautica longe cæteris præ-  
 stans exercitum comparauit non pluribus gratia quam metu adductis. Constat  
 enim eum & pluribus cum nauibus profectum esse quam quæquam aliorum &  
 eas archadibus præbuisse: ut Homerus testatus est satis quoq̄ signi fuerit in cep-  
 tri traditione. At illum compluribus insulis & omni agro imperitare. Quas  
 insulas præter quam uicinas. Ne autem non multæ fuissent nemo qui foret in  
 continente tenuisset nisi aliquid classis habuisset. Quod coniectemus licet ex  
 hoc quoque exercitu quales prius extiterunt: quodque Mycenæ exiguum oppi-  
 dum fuit aut si quid tunc oppidum pro magno habebatur: nunc non tale uidea-  
 tur. Nec parum certo signo quis utatur ad non credendum tantam classem fuis-  
 se quantam & poetæ memorarunt & sermo optinuit. Nam si urbs Lacedæmo-  
 niorum desoletur relictis fanis & publicorum operum pauimentis multam opi-  
 nor congressu ætatis defuturam potentiam fidem quod gloriæ apud posteros ce-  
 dat. Tam& si ex quinque peloponnesi partibus duas colunt & totius ditionem  
 teneant multorumque extra eam sociorum & tamen si ea urbs non frequens po-  
 pulo esset: neque templis atque sumptuosis operibus prædita pagatimque uetu-  
 sto more græciæ habitaretur: manifestum est inferiorem uisum uiri. Ac si at-  
 tentionibus hoc idem contingeret coniectare licet ex euidenti Urbis aspectum du-

Agamemnon

Peloponnesus

a. iiii.



plum uirium esse quam sit. Itaque debemus non prorsus fidem habere nec ma-  
gis urbium speciem considerare quam uires: existimareque illum maiorem qui-  
dem superioribus fuisse: sed iis qui nunc sunt inferiorem si quid hic Homeri poe-  
si credere conuenit quem uerisimile est ut pote Poetam in maius eum ornando  
extulisse: quanquam sic quoque inferiorem esse manifestum est. Ex mille naq;  
ac ducentis nauibus fecit Boetiorum quidem singulas centenum ac uicenum ui-  
rorum philoetæ autem quinquagenum demonstras ut mihi uidetur maximas  
minimalque cum magnitudinis cæterarum in nauium recensione non memine-  
rit. Nam q; omnes essent in nauibus philoetæ remiges & iidem bellatores ap-  
peruit. Quippe sagittarios fecit cunctos & remigantes. Neque credibile est mul-  
tos superasse in nauigando exceptis regibus ac præfectis cum præsertim trāsire  
taturi essent cum bellico apparatu: nec Catafractas idest testas naues haberent:  
sed ueteri ac magis prædonum more constructas. Ex quo inter maximas ac mi-  
nimas medium tenenti non ita multi conuenisse uidentur: ut a cuncta græcia  
communitè missi. Cuius rei causam non tam extitit hominum quam pecunia-  
rum penuria. Commeatus enim defectu minorē duxere exercitum tantumq;  
modo quantum sperabant ibidem belligerando alitum iri. Postquam autem ap-  
pulerunt prælio optinuisse clarum est. Non enim muris exercitum ac castra cin-  
xissent ne hic quidem copiis omnibus usos esse constat: sed ad agriculturam che-  
rōnēsi se conuertisse ad Latrocinium commeatu non suppetente quo magis tro-  
ianis dispersis eis decem annos ui restiterunt certantes assidue cum iis demum  
qui reliqui essent: atque eis pares. Quod si suppetente illi commeatu troiam  
adissent & conferti citra latrocinium agriculturæque continenter bellum gessis-  
sent: Facile in prælio superiores eam euertissent euerfuri minori & tempore &  
labore si non in frequentes ea tantumque aderat parte repugnassent sed omnes  
in obsidione māsissent. Verum ob exiguitatem pecuniæ & quæ troianum bel-  
lum gesta sunt in ualida fuere & hoc ipsum q; illis celebratius fuit darur intelli-  
gi ex operibus minus fuisse fama ac sermone qui de eo propter poetas iualuit.  
Quoniam etiam post troiana tempora græci & e sedibus suis expulsi sunt & alio  
se habitatum contulerunt ne per ocium eis liceret auferere. Nam ipsorum ab  
llio reditu tam sero & multe res nouæ & in plerisque Ciuitatibus seditiones ex-  
titerunt. Vnde qui exciderant urbes condiderunt. Siquidem Boetii qui nunc  
sunt sexagesimo ab euerfione illi anno ex arma eieci a thessalis incoluerunt ter-  
ram quæ nunc Boetia prius cadmea uocabatur: in qua pars eorum quoddam fue-  
rat unde profecti sunt in llium cum exercitu. Dores quoque septuagesimo &  
ipsi anno peloponnesum tenuere. Aegre autem longo tempore plane pacata græ-  
cia nec ultra sedibus suis eieci coloniam emisit. Et iones quidem ac plerisque  
ex insulis Athenienses collocarunt. Italia uero Siciliamque maxima ex parte pe-  
loponneses & quædam reliquæ græciæ oppida. Omnia hæc post bellum tro-  
ianum sunt condita: robustiore autem græcia effecta & ui pecuniarum i dies ma-  
iore passim tyrannides in ciuitatibus sunt constitutæ auctis iam prouentibus.  
Regna enim prius hereditaria erant certis cum uiribus & nauticæ rei incumbe-

Catafractas

Belli troiani minus  
fuisse fama que de  
eo inualuit

bat ac tantum mari græcia operam dabat. Corinthii primi feruntur excogitasse  
naues: quæ ad eam quæ nunc in usu est formam proxime accederent. Et Co-  
rinthii primum ex omni græcia triremes ædificatæ sunt. Constat autem Ami-  
noclem Corinthium naupegum Samiis etiam quattuor naues compegisse.  
Suntque ex quo hic eo se contulit anni ad perfectum hoc bellum ferme trecen-  
ti uetustissimumque omnium quæ nouimus nauale prælium extitit: Corinthio-  
rum cum corcyrensisibus: & ipsum ducentos ad summum ac sexaginta ad hoc tem-  
pus annos. Et enim cum urbem incolant corithii ad isthmum sitam emporiū  
fere semper habuerunt græcis quondam terra magis quam mari negotiantibus  
& qui intra quique extra peloponnesum incolunt per illorum terram inter se cō-  
mertium habentibus: pecunia quoque præpotentes erant ut etiam ab antiquis  
Poetis demonstratur Locuples oppidum cognominantibus. postea uero quam a  
græcis studiosius nauigari ceptum: comparatisque nauibus Latrocinium sum-  
motum est utrobique emporium præbentes ualidam pecuniarum prouentu: ur-  
bem habuerunt. Ac multo post penes iones res naualis fuit. Aetate cyri primi  
perfarum regis eiusque filii cambyfis qui aliquandiu cum cyro pugnantes suo  
mari potiti sunt. Polycrates quoque qui Sami tyrannidem tenuit sub Cambyse  
classe præpotens cum alias insulas in suam potestatem redegit: tum Rheniam  
quam subactam Apollini Delio consecrauit. iam uero phocenses hii qui Massi-  
liam incolunt carthaginenses pugna nauali uicerunt. Nam ualidissima omni-  
um hæc res fuerunt. Quas constat multis post troica tempora ætatibus extitisse:  
se: exiguo triremium usu: sed adhuc illo uetusto more quinquagenium remigi-  
um nauiumque longarum: Pauloque post medicum bellum & Darii mortem:  
qui secundum Cambysem regnauit in persis: triremium copia fuit tum penes ty-  
rannos circa Siciliam: tum penes corcyrenses. Hæc nanque postremæ ante Xer-  
xis regis exercitum dignæ memoratu res nauticæ in græcia extiterunt. Aegi-  
netæ enim atheniensesque & si qui alii paruam uim nauium habuerunt: & ha-  
rum ex magna parte quinquagenium remigum ac fero utique: Ex quo Themis-  
tocles Athenienses cum Aeginetis bellum gerentes: simulque aduentum barba-  
ri expectantes persuasit: Ut facerent naues quibus & pugnauerunt: quæ nec ipsæ  
catastromata totæ habuerunt. Et tales quidem græcorum res nauales fuerunt:  
rum uetustæ: tum sequentium temporum. Non minimam tamen qui illis stu-  
duerunt: sibi utrum comparauerunt uel pecuniarum reditu uel aliorum dominatio-  
ne. Quippe nauigando insulas subegerunt & ii præcipue qui regionem non  
omnia suppetentem habebant. Nam in terra bellum unde potentia aliqua  
procederet: nullum excitatum est: sed quæcunque fuerunt ea contra suos qui-  
busque finitimos gesta sunt græcis in peregrinas expeditiones longe a domo ad  
alios subigendos non exeuntibus. Neque enim aduersus Ciuitates maximas  
subditi consurgebant: neque ipsi ex quo communitè exercitum comparabant  
inter se potius finitimi ut semper sit belligerabāt: Præcipue usque ad uetus illud  
q; inter Chalcidenses & eretri eos gestum est bellum. reliqua græcia alterutris ad  
iuuandis diuisa: Mox aliis aliunde ne aufererent impedimenta contigerunt.

ueterissimum iter græcorum  
nauale prælium



28.

Nam ionibus in magnitudinem rerum proficientibus: Cyrus & persicum regnum caelo profligato omnia fluuio Haly Halytenus ad mare usque circumferens arma cepit: & Vrbes quae incontinentiae sunt in seruitutem redegit. Darius dehinc phoenicum classe insulam subegit. Tyranni autem quicumque in graecis Urbibus erant suis tantum rebus prospicientes: & corpori ipsorumque domui amplificandae tutela gratia quod poterant in ipsis urbibus plurimum se tenebant. A quibus nullum opus memoria dignum actum est nisi aliquod ad uersus suos quibusque uicinos. Nam qui apud Siciliam erant in multum potentiae euaserunt. Ita undique graecia longo sane tempore prohibita est: tum communiter quippiam agere illustre: tum per singulas ciuitates audacia uri. Postea uero tyranni & Atheniensium & caeterae fere graeciae & ante hanc tyrannis subditam: Plerique ac postremi praeterquam siculorum deieci sunt a Lacedaemoniis. Nam Lacedaemon post accessionem doricorum qui nunc eam incolunt per diu quantum accepimus seditionibus agitata: tamen iam inde ex ultima uertute & bonis legibus praedita: & Libera tyrannis fuit. Sunt enim anni circiter trecetos paulo plures ad finitum hoc bellum ex quo Lacedaemonii eadem rei Publicae administratione utuntur. Eaque re possunt illam in aliis quoque constituere Ciuitatibus. Ab exactis autem e graecia tyrannis non ita post multos annos in marathone Medii cum Atheniensibus pugnauerunt. Decimoque post hanc pugnam anno rursus ad subigendam graeciam cum imensa classe barbarus uenit: & rebus in summum discrimen adductis Lacedaemonii graeciae communiter bellum gerentis: duces extiterunt: ut qui essent praecipui in uiribus. Et athenienses aduentantibus medis cum decessissent deserere urbem: conscensis quas instruxerant nauibus effecti sunt nautici. Neque multo postquam pariter barbarum repulerunt diuisi sunt ab Atheniensibus ac Lacedaemoniis: tam ut qui ab rege desciuerant graeci: quam qui contra illum caeteris pugnauerant. Enim uero constabat maximas illis duobus adesse uires alteris terra: alteris classe praualentibus & exiguo quidem tempore concordia bellandi mansit. Postea uero dissociari Lacedaemonii Atheniensesque bellum ceperunt: cum suis utriusque sociis: Caeterique graeci si quippiam dissidebant ad alterutros profecti sunt. Itaque a Medico ad hoc bellum assidue nunc praetionibus pacificati nunc bellum gerentes: aut inter se aut aduersus socios ab eis deficientes: probe quae ad bellum opus sunt instruxerunt: & expertiores euaserunt: usu in periculis facto. Et Lacedaemonii quidem non habebant imperii sui socios tributarios atque hoc solum studebant ut illi pariter sub paucorum principatu quae Holigarchia dicitur res publicas administrarent. Athenienses autem quas ipso tempore ex hostibus ceperant nauibus praerant praeter chororum Lesbiorumque iussis sociis certas pecunias pendere: extititque eorum separatim ad bellum apparatus maior quam quantus unquam maximus uiguit: dum sincera societas fuit. Equidem uetera talia esse comperi ut difficilia sint ad credendum per omnia gradatim inditia. Homines enim famam rerum ante ipsos gestarum: & si domesticae sint nulla prorsus examinatione mutuo admittunt. Siquidem Athenienses uulgo opinantur Hipparchum ab Harmodio & Aristogitone quae tyrannus esset interfectum: nescientes Hipparchum praestrati filiorum natu maximu tunc impasse: cuius fratres erant Hipparchus & Thesalus: Atque eo die Harmodium & Aristogitonem aliquid suspican-

Hipparchus  
Harmodius & Aristogiton tyrannus

Verum quod de morte Hipparchi legimus  
Platonis dialogus de Hipparchi de lae  
no. p. 10. dicitur Hipparchum  
de lae. p. 10. dicitur Hipparchum  
de lae. p. 10. dicitur Hipparchum  
de lae. p. 10. dicitur Hipparchum

tes a suis confectis esse pate factum Hippiae ab hoc quidem tanquam praesente abstinuisset. Verum priusquam comprehenderentur uolentes quippiam agendo periculum facere: nactos Hipparchum ad sanum quod Leocorium uocatur in Panathenaica pompa ornanda occupatum obruncasse. Alia quoque multa quae adhuc extant nec dum propter tempus memoria exciderunt: caeteri graeci non recte opinantur. ueluti Lacedaemoniorum reges non singulos quenque calculos immittere sed binos: Et pitanatem cohortem esse apud eos: quod reor nunquam fuit. Ita segnus apud multos est ueritatis uestigatio: ad ea se potius quae impromptu sunt: conuertentes. Verum ex iis quae dixi necessariis signis talia quis aestimans & potissimum quae narraui non errauerit: neque credet magis aut poetis quid de iis predicant in maius: extolles aut logographis qui consueuerunt: quod suauius auditu est quam uerius dicere: & multa eorum cum nullis tantum argumentis spatio temporis sine fide fabulositatem profecisse: sentietque compertum esse manifestissimis signis ita se uetera habuisse. Et licet homines praetens bellum in quo uersantur semper maximum iudicent: eoque finito uetera ex ipsis operibus uehementius admirentur: tamen hoc bellum ostenditur an maduertentibus extitisse maius illis. Atqui omnia quae dixere singuli uel gestu bellum uel iam gerentes difficile fuerit exacte referre: siue a me ipso audita: siue aliunde ab aliis mihi enarrata. Verum ut quisque semper de rebus praesentibus maxime consentanea dicere mihi uidebatur: & communi opinione proxime ad ueritatem accedere: sic a me cominemorata sunt. At uero res in bello gestas non quas a quocunque audiui dignas duxi quas scriberem: neque ut mihi uidebantur: sed eas quibus ipse interfui quasque sigillarim ab aliis quae potui diligentissime inuestigauit. Quod tamen difficillime eruere potui. Quoniam qui singulis gerendis rebus praesentibus non eandem de ipsis dicebant sed pro ut quis aut in alter utros amore propensior erat: aut reminiscebatur. Verum quia non fabulosa sunt: minus erunt fortassis auditu suaues: tamen quicumque uolent rerum gestarum sinceritatem intueri & cum aliquando talia iterum similiaque ut sunt res humanae uentura sint discernere utilia abunde poterit. Nam emolumentum potius imperpetuum quam ludicrum ad tempus audiendi componitur. Et superiorum quidem operum maximum gestum est. cum medis & id tamen duobus naualibus praetibus: & totidem pedestribus celeriter finitum est. At uero huius belli tum longitudo in immensum processit: tum detrimenta cunctae graeciae contigerunt: qualia dumtaxat intra tantumdem temporis alias nulla. Nam neque tot Vrbes uacuae factae sunt: aliae a barbaris: aliae ab ipsis graecis mutuo ex pugnae. Aliae fugatis oppidanis nouis in colis cessere: neque tot fugae hominum ac mortes: haec ex ipso bello illae ex seditionibus. Atque superiora illa quae fama memorat re ipsa minus solida fidem acceperunt: uel terremorum qui hoc bello in plerisque orbis terrarum partibus & iidem uehementissimi praetiterunt: uel aestus immensi ex quibus fames ingens & qui non minime grassatus partem quandam absumpsit pestilens morbus. Omnia enim ista una cum bello hoc acciderunt. Cuius auctores fuerunt Athenienses Peloponnesesque ruptis quae post Euboiam captam iniierant foederibus tricennialibus. Cur autem ruperint causas primum ac dissensiones scribendas statui. Ne qui requirant aliquando unde conflatum est tantum inter graecos bellum. Nam uerissimam quidem sed

Pompa panathenica

Logographi. f. g. uulgari sermone scribunt.



28<sup>o</sup>  
minime sermone celebratam arbitror extitisse causam athenienses magnos effectos & lacedæmonis formidolosos necessitatem imposuisse bellandi. Quæ autem propalam ferebantur utrinque causæ propter quas ruptis fœderibus itum est in bellum istæ fuerunt.

Narratio.

*Epidamnus*  
*Tablantii*

**E**pidamnus est urbs ad dexteram sita nauigantibus ionium sinum uersus: cui finitimi sunt Tablantii barbari gens hillyrica. Hanc habiturum uenerunt corcyrenses coloni a phalio Corinthio deducti (qui erat ab Hercule oriundus. Eratoclide filius) ex metropoli secundum ueterem legem accersito. Nonnulli etiam corinthii & alii præterea doricæ gentis ex colonis fuerunt. Progressu temporis res Epidamnensis maiorem immodum profecit & fortunis & populo. Sed cum multos iam annos seditionibus laborarent (ut fertur) ex bello quodam cum finitimis barbaris & se & uires ex magna parte attriuerunt. Nouissima uero ante hoc bellum seditione plebs eorum principes eiecit. At illi cum barbaros ad quos confugerant eos qui in urbe erant terra marique prædabantur. Hi autem qui intus erant cum iis uerarentur Legatos corcyram ut ad metropolim mittunt orantes ne se perditum iri sinerent: sed reconciliarent profugos secum & bellum barbarorum componerent. Hæc supplices in iunonis templo sedentes precabantur: Corcyrenses non admittis precibus illos infecto negotio remiserunt. Epidamnenses nullam libi uidentes a corcyrensis iniuriæ propulsationem ambigebant: quid in re præfenti agerent: mittentes itaque delphos deum consuluerunt. Nunquid Corinthiis dederent Ciuitatem ut coloniæ deductoribus: & num aliquod conarentur ab iis exigere præsidium. Ille respondit ut dederent ducesque facerent. Profecti Corinthum ex oraculo Epidamnenses dedunt coloniæ: demonstrantes tum deductorem coloniæ fuisse corinthium: tum dei oraculum: precanturque ne se perditum iri sinerent sed tutarentur. Corinthii tum quia iustum esset ultionem promiserunt: existimantes non minus esse suam coloniæ quam corcyrensi: tum odio in ipsos corcyrenses a quibus contenerentur. Nam cum sit corinthiorum coloniæ tamen neque in publicis solemnitatibus Legittimos honores reddebant: neque in suis sacris uirum corinthium præficiabant. ut cæteræ coloniæ. Contemnebant autem illos & ui pecuniarum quam tunc habebant quantum ditissimi quique græcorum & ualidiore bella apparatu freti. Et enim elati erant & propter rem naualem qua aliquando multo præstantiores fuerant: & propter pheacum qui prius corcyram incoluerant nauticam gloriam. Quo magis parandæ classi incumbabant nec erant parum ualidi. Quippe centum eis ac uiginti naues fuerunt cum bellum incepere. Ob hæc omnia Corinthii corcyrensis succensentes epidamnium præfida miserunt præter sua ambrachiotarum Leucadiorumque facta: qui uellent illuc habitatum eundi potestate. Profectum est autem præsidium Appolloniam quæ erat Corinthiorum coloniæ pedestri itinere Corcyrensiu metu ne ab illis mare trāsēutes ihiberent. Corcyrensis ubi colonos ac præfida Epidamni uenisse nouerunt Coloniæque corinthiis deditæ ægre acceptæ

*Pheaces*

*Appollonia*

1  
Statimque illuc quinque & uiginti cum nauibus profecti deinde reliqua cum classe iubent pro sua auctoritate simul recipere exules: uenerunt enim exules Epidamnenses corcyram: ac sepulcra cognationemque demonstrantes atque allegantes obsecrauerunt ut & ipsi restituerentur & præfida colonique a corinthiis misse expellerentur. Illos haud quamquam imperata facientes infesto exercitu aggrediuntur quadraginta nauium cum exulibus tanquam eos restituri hillyris in societatem acceptis: obsidentes urbem denuntiant licere cuiuslibet Epidamnensium hospitem uel impune abire alioquin illum pro hoste se habituros. Vbi non paratur: urbem corcyrensis. Est autem locus ille isthmus/oppugnatus. Corinthii postquam eis allatum est ex iis qui intus erant Epidamnium oppugnari exercitum comparant: simulque deducendam Epidamnium coloniæ edicunt: æquas uirilesque partes fore ire uolentibus: si quis protinus cum cæteris nauigare uelit. & tamen particeps fieri coloniæ numeratis quinquagenis dragmis corinthio populo licere manere. Fuerunt autem permulti & qui nauigarunt & qui pecuniam numerauerunt. Ad hæc rogarunt Megarenses ut suis nauibus comitatum præstarent: si forte a corcyrensis interpellarentur. Illi instructas eis comodarunt octo & pales urbs cephalenorum quattuor. Rogati quoque Epidaurii præbuerunt quinque: Hermiodes unam: Troezenii duas: Leucadii decem: Amprætoce octo. Atheniensis pecunias petierunt & aphlasiis ab Helæis naues uacuas pecuniaque. Ipsorum uero corinthiorum fuerunt instructæ naues triginta. & tria milia peditum. Hunc apparatus corcyrensis ubi acceperunt corinthum profecti cum lacedæmoniiis sicyonisque legatis: Quos adhibitos uolebant iusserunt corinthios deducere præfida colonosque Epidamno tanquam ad eos nihil pertinente. Quod si quid aduersus eos facerent uelle se subire iudicium in peloponneso apud illas ciuitates de quibus inter utrosque conueniret: & utris adiudicata colonia foret eos optineri: quietiam rem ad delphicum relegare Oraculum: nec bellum fieri permittere: alioquin necessarium fore aiebant si sibi ius fieret amicos facere quos nolet ex alterutris eorum qui nunc præpotentes essent tutelæ gratia. Corinthii respondent si naues & barbaros Epidamno abducant se consulaturos. Nam prius non bene habere cum illi oppugnentur ipsos iudicio contendere. E contrario corcyrensis dicere si & illi eos qui intra Epidamnium essent abducerent se ista facturos paratosque esse & scire promittere. Dum id per utrosque fiat secedere donec de causa foret pronuntiatum: Corinthii nihil horum audientes quando iam & naues eis plene & focii præsto erant: Caduceatore præmissso qui corcyrensis bellum indiceret: soluentes e portu cum quinque & septuaginta nauibus duobusque millibus militum Epidamnium uersus nauigauerunt cum corcyrensis pugnaturi. Præerat nauibus Aristheus pellicha. Callicrates calliæ Thimantor Thimantis filius. peditibus autem Archerimus & Isarchidas Isarchi filius. Ut uentum in actum terræ anactoriæ: ubi templum Appollinis est in faucibus sinus Ambrachii: Corcyrensis caduceatorem eis præmittunt actuario nauigio: qui aduersus se uetaret illos nauigare: simulque naues complent. uetustas ut nauigationi sint utiles innectunt. alias expediunt. Postquam caduceator nihil a corinthiis pacatum renuntiat: & naues ipsorum expletæ sunt numero Octoginta: nam Epidamnium quinquaginta oppugnabant obuiam itur pugnaque nauali commissa corcyrensis egregie uincunt: ac quindecim Corinthiorum naues corrumpunt. Eodem die contigit ut ii qui intra Epidamnium oppugnabantur deditionem facerent hac lege: ut externi quidem uenderent:

*Appollinis templum in adho*

*Victoria corcyrensis*



VNIERSITATIS  
DE SALAMANCA

GREDOUSUSAL

Leucimna .Pro.

Leucal

Cyllene ..

corinthii autem in uinculis haberentur dum aliud quippiam uictoribus uideret. Secundum pugnam corcyrenses trophæum in Leucimna corcyrae promontorio statuerunt. Cæterisque captiuis necatis corinthios uinctos asseruarunt. Post hæc cum corinthii sociique nauali prælio uicti domum redissent. corcyrenses omni circa mari potiti sunt. Nauigantesque in Leucada corinthiorum coloniam aggre eius populati sunt: & cyllene ubi erat naualia hielensium incederunt quos naues pecuniasque corinthii præbuisent. Ac plurimo a pugna nauali tempore mare tenuerunt. Corinthiorumque socii ad nauigando calamitates inferebant. Donec circumacta iam ætate corinthii cum socii ipsorum laborarent nauibus atque exercitu misso: castra in Actio posuerunt: & circa chimerium Theprotidos Leucadis tandem causa: aliarumque Ciuitatum quæcunque suarum partium erant. Castra metati sunt autem e regione corcyrenses in Leucimna nauibus peditatuque. Ac neutris in alteros nauigantibus sed alitris sedentibus hæc æstas extracta est: appetenteque iam hyeme domum utrique reuerterunt. Toto eo post pugnam & in sequenti anno Corinthii indigne ferentes ad bellum cum corcyrensiu naues compegerunt: & robustissimas quasque ad classem instruxerunt: cogentes ex peloponneso remiges & ex reliqua græcia sollicitantes mercede. Quem apparatus audientes corcyrenses extimescebant: quippe qui non essent cum aliquo græcorum confederati quod se non ascripsissent neque Athenensium neque Lacedæmoniorum foederibus. Visum itaque eis est ut athenas irent cõtrahendam societatem: temptandumque aliquid ab illis impetrare subsidii. His compertis corinthii mittunt & ipsi athenas legationem quæ diceret ne sibi classis artica ad corcyrensem adiecta impedimento esset quominus bellum gereret arbitrio suo. Itaque coacta conuone in disceptatione uenerunt: & corcyrenses quidam in hunc modum dixerunt.

#### Oratio Corcyrensiu.

**P**Ar est uiri athenienses ut qui externos adeunt: ut quemadmodum nos nos imploratum auxilia. si neque magna ipsorum beneficentia neque societas intercedat: demonstrent primum quo maximum est ea quæ poscunt fore illis utilia a quibus poscunt. Sin minus certe non damno-  
sa. Deinde firmam se eis gratiam habituros. Horum si nihil demonstrauerint ne irascantur. si non impetrauerint. Ista probaturos se sperantes uobis Corcyrenses ad poscendam nos societatem miserunt. Consilium nostrum uiri athenienses ante hac incõsultum impresentiarum est uobis fructuosum nobis ipsis damnosum. Quippe nunquam hæcenus cuiuspiam socii uoluntarii cum fuerimus nunc ea de causa desolati in bello quod cum corinthiis gerimus ad orandam aliorum societatem uenimus: Ex quo accidit ut quod uidebatur prius esse prudentiæ nolle cum exteris societate inita periclitari: id nunc imprudentiæ & infirmitati detur. Itaque corinthiorum classem nobis bellum iserentem ipsi per nosmet compescuimus. At ubi maiori apparatu & a peloponneso & a reliqua græcia statuit hostis in nos uenire: cernentes esse nostras tantum uires illi impares: & simul magnum periculum fore si ei subiciamur: necesse habemus nos quoque aliunde auxilia unde cunctis implorare: utique uenia digni si quod antea non prauitate sed opinionis errore potius inepte non fecimus: id nunc e contrario audeamus. Quod si audieritis honesta & uobis bona existeret ista societas nostræ necessitatis multis de causis. Primum quod iniuriam accipientibus non facientibus opem feretis. Deinde quod eos

qui maximarum rerum discrimen adducuntur recipiendo optime beneficium collocatis æterno apud nos testimonio. Et cum classem secundum uestram possideamus maximam: Considerate quæ nam rarior occasio uestræ prosperitatis: quæ ue hostibus tristior esse possit: quæ hoc quam potentiam uos magnæ pecuniæ ac gratiæ loco æstimaretis: eam ultro uobis adesse atque offerri cura pericula citraque sumptus afferentem. præterea tum apud plerisque laudem: tum apud eos quos prætexeritis gratiam: tum ipsis uobis uires quæ cuncta per paucis ex omni memoria pariter contigerunt. Paucique extiterunt qui a quibus societatem belli peteret eis dem ipsi præstarent non minus præsidii & ornamenti quam acciperent. Quod si quis bellum uobis in hoc autem utiles esse possumus non iminere opinatur: is profecto fallitur opinione nec intelligit & Lacedæmonios metu uestri spectare ad bellum: & Corinthios cum per se ualidis tum uobis inimicos præoccupando nos affectare uiam ad uos in uadendos: ne nos comuni in ipsos odio mutuo præsidio simus: ne ue eos alterutra spe frustemur aut nocendi nobis aut se ipsos corrobore randi. Quos præuenire & nos in societatem recipere hoc poscentes & insidias anticipare: potiusque insidiaribus contra insidiari uestræ sunt partes. Quod si neget æquum esse suos colonos recipi a uobis: discant coloniam omnem itaque honore prosequi metropolim suam si sibi ab ea beneficiat. Sin uero male ab illa secedere. Neque enim ea re coloniæ emittuntur ut seruiant iis qui reliquantur sed ut sint pares. Nam istos iniurios esse in nos hoc uero palam est. Quippe citati in iudicium de Epidamno tamen bello maluerunt obiecta refellere quam iure. Atque hæc quæ in nos agunt cognatos suos inditio uobis quodam modo sint ad non errandum quominus ab ipsis secedatis & nobis supplicibus protinus subueniatis. Quisquis enim gratificando hostibus minime sibi poenitenda comittit: is sane tutelam degit: neque uero foederatque uobiscum Lacedæmonios sunt frangentes recipiendis nobis qui neutrorum socii sumus cum in illis dicatur: si qua græcarum Ciuitatum & socialibus non sit: licere eis ad utros libuerit accedere. Et certe indignum prorsus est: si istis fas est ex socialibus hominibus cum reliquæ græciæ tum uero uestrorum subditisque suas naues armare uobis interdici societatem quæ offertur & alia undique utilitate: & postea criminis loco poni: si ea nobis quæ oramus induleritis multo maiorem causam uos in simulandi simus habituri. Nam si nos repellitis homines & periclitantes nec uobis inimicos repellitis: & istos qui uestri sunt inimici atque hostes non solum non arcebitis: sed etiam præceptores uestrarum uirium esse negligentis: quas nequaquam debetis proprii sineret uerum prohibere ullos e uestra ditione tributarios illorum fieri debetis: quinimo quantumcunque cordi fuerit uobis auxiliorum transmittere ad nos aperte transmittere palam nobis in societatem receptis. Ex qua re multæ quemadmodum initio attigimus comoditates ostenduntur: & ante omnia quod ut manifestissima fides est: isti & hostes nobis fuerunt & nunc ualidi sunt ad rebelles suos coercendos. Et cum uobis offeratur classis non mediterraneis sociis armata: sed talis ut nihil uobis damnosius sit: quam eam amittere deceret uos si potestis quod præcipuum est neminem pati alium classe pollere: si minus tutissimum quæque uobis pro socio habere. Verum enim uero cui ista quæ dicimus uidentur utilia quidem esse: sed timendum ne ea sectantes rumpatis foedera: hic intelligat diffidere foederibus ualidiorum esse rem ad hostes deterendos & contra illis confidere: & ob id nos in societatem non recipere: rem infirmam fore & minus tutam quam hostes ob id reddit ro





21  
bustiores. Præterea cum nō magis de Corcyra q̄ de Athenis cōsulteretur: nō p̄spicit hic quæ præcipue sunt e dignitate atq; ex utilitate athenarum: & cum cernat bellum non futurum sed tantum non iam præsens esse de recipienda in societa te nostra Ciuitate hesitatque ad maxima temporum momenta uel socia uel ho stis est. Sita est enim oportune sane adtraiectum in Italiam atq; in Siciliam: uel ad prohibendam illinc ire classem in peloponnesum: uel ad eandem illuc aliaue in loca transmittendam. atq; ut uniuersa & singula breuissime in sumam contra ham: sic habere: ut sciatis nō debere nos deserere: tres apud græcos classes esse ma gnificiendas uestram nostram corinthiorum. Harum duas si in unum coire con temperitis: & Corinthii nos occuparint: bellum nauale cum corcyrensisibus parti ter ac peloponnesibus geretis. At nobis receptis plus nauium habebitis quibus cū holte dimicetis. Hæc quidē corcyrenses post eos autem Corinthii hæc.

Oratio Corinthiorum.

7  
Quoniam Corcyrenses isti non solum de se recipiendis uerba fecerūt sed etiam de nobis tanq̄ iniuste bellum sibi intulerimus: necessarium nobis est. ut nos quoq; de utriusq; mentionem faciamus: sic ad reliquā orationem deuenturi: ut & nostram postulationem sincerius prospiciatis & istorum utilitatem non sine ratione repudietis. Auunt modestiæ studio nullius unq̄ societatem se recepisse: id non uirtutis sed maleficii studio fecerunt: q̄ uidelicet nollent ullum malefactorum suorum aut socium habere: aut testem a quo uerecundiæ admonerentur. Et sane urbs sua ipso situ appolita ad istorum consilium reddit eos magis iniuriarum quas faciunt arbitros: q̄ subiicit æquo iu ditio propter infrequentem istorum ad externos cōmeationem: & frequentē alio rum illuc ui appulso rum receptionem. Atq; decorum q̄ prætendunt uoluisse se esse cuiuspiam confœderatos: non eo spectabat ne alienæ iniusticiæ socii forent: sed sine arbitris iniuriam facerent: utq; ubi præualerent aliis uim afferēt: & cum latuissent plus emolumentum adipiscerentur: & quod adepti essent eius erepti pu dere non posset. Quod si quemadmodum prædicant forēt uiri boni quominus culpabiles fuerunt exteris eo magis uirtutem suam licebat ostendere iusta dan do & accipiendo. Verum neq; erga alios neq; erga nos tales existūt qui cum sint coloni nostri tamen cum semper antea secesserunt a nobis: tum uero nunc bel lum nobiscum gerunt allegantes: non ideo se a nobis missos colonos ut accipe rent iniuriam quibus inuicem respondemus: ne nos quidem iccirco collocasse eos ut ab ipsis iniuriam acciperemus & contumeliam: sed ut præsidēs eorū esse mus: & quibus in rebus conuenit honore afficeremur. Quem nobis aliæ colo niæ præstant præcipua nos caritate complectentes. Ex quo palam est: si cætero rum qui plures sunt gratia sumus iniuria istis solis esse inuisos. Neq; ab re neque qualicunq; de re læsi bellum eis intulimus: quod etiam si ab re intulissimus de cuerat eos nostræ iracundiæ cedere: sicut nos uicifim decuisset modestiæ ipsorū uim affere. Sed freti diuiciis cum alia multa indigne peccauerunt in nos: tū uero hoc q̄ Epidamnum quæ nostræ ditionis est cum uexaretur bello non uendica uerunt: sed cum uindicatum nos uenissimus tunc eam occuparunt uicq; tenent. Et autem se priusq̄ id facerent uoluisse disceptare iudicio. Cum perinde sit ac ni hil dicere si quis re occupata alterum e tuto in iudiciū uocet: sed si quis ex æquo

I 8  
& ante q̄ dimicetur: res & uerba in medium afferat. At isti non priusq̄ oppidum obsiderent: sed postea q̄ rebantur nos illud non neglecturos: tunc uero æquita tem iuris allegauerunt atq; huc uenerunt non contenti peccasse illic postulāte etiam a nobis non belli sed iniusticiæ societatem ut se recipiatis hostes nostros. Qui tunc potius adire debeant uos cum procul a periculo aberant non quando & nobis iniuria illata est & ipsi periclitantur: nec quando uos qui nullius eorum tunc potentiæ participes fuistis: nunc ipsis uestram utilitatem in parciatis: & qui a peccatis eorum abfuitis tantumdem erga nos culpæ contrahatis. Nam q̄ olim cum aliis uires suas cōmunicassent ii debentq; illis cōtingunt habere cōmunia. Vos uero ut criminibus modo istorum affines nō fuistis: sic neq; post eorūdem actiones affines esse debetis. Et planum quidem fecimus eo quo oportet æquita tis ingressu nos uenisse: & istos uiolente in nos auareq; fecisse. Nunc autem uos haud iuste recepturos esse horum societatem planum faciendum est. Nam in fœ deribus cum dicitur licere cuiilibet non ascriptarum Ciuitatum ad utros uelit se conferre: non ita dicitur ut id fiat in perniciem partis alterius: nec de ea quæ tu telam imploret aduersus eos a quibus secedit: quæq; iis a quibus recipitur nō re cepturis si saperent bellum pro pace afferat id quod uobis nunc nisi nos audiat is eueniet. Nanq; nō tamē istis auxiliare uerum etiam profederatis hostes nobis efficiunt. Neesse enim est si ab eis steteritis ut dum ipsos tunc uos una ulcisca mur. Qui profecto iuste feceritis præcipue si non fueritis in partibus. Si minus e contrario atq; isti petunt si nobiscum steteritis quibus cum foederati estis ad uersus hos quibus cum ne induciæ quidem unq̄ uobis extiterūt: neq; legem fer re debetis eos qui ab altera parte defecerunt receptadi. Quoniam neq; nos cum a uobis Samii defecissent: & an illis succurere oporteret indiuersum traherent: cæteri peloponneses contra uos sententiam diximus. Itaq; aperte negamus ali quem a puniendis suis esse prohibendum. Nam si eos qui aliquid facinoris admi serunt receptando defenderitis: palam est & uestros qui nō pauciores sunt ad nos esse uenturos: legemque condetis quæ in uos magis q̄ in nos recidat. Hactenus quæ dicere habuimus apud uos de iure nostro quod satis est secundum græciæ leges. Reliqua exhortadi & flagitandi muneris gratia hoc quod petimus: nō peti mus ut hostes quo noceamus: neq; amici quo abutamur: sed quo utamur: qd̄q; uos reddere nobis debere affirmamus. Nā quom aduersus æginetas Medico bel lo penuria Liburnicæ nauium laboraretis: uiginti naues cōmodato a corinthiis accoepistis: quod nostrum beneficium & item alterū bello Samio q̄ propter nos non tulere Samiis auxilia peloponneses præstitit uobis. De Aeginetis quidem uictoriam: de Samiis autem ultionem. Atq; iis temporibus hoc factum est q̄bus homines studio uincendi hostis in quem eunt cætera curare omittunt: habentes pro amico quemcunq; operam sibi nauantem etiam si antea fuisset inimicus: rur sus pro hoste quemcunq; ex aduerso stantem etiam si amicus sit qui domesticis quoq; rebus male consulunt præsentis contentionis peruicacia. Hæc uos benefi cia memoria tenentes & qui inter uos sunt iuniores a senioribus edocti: sentite similibus officiis esse remuneranda: neq; ista quidem quæ dicuntur a nobis esse iusta: sed si bellum fiat alia fore utilia. Ut quisq; n. aliqua in re minime peccat ita maxima ex ea utilitas sequitur: & bellum cuius metu uos terrētis ad iniuste agē dum hortantur Corcyrenses adhuc non constat futurum sit nec ne: nec dignum uobis est ut propter in-certa belli: certa iam & præsentanea Corinthiorum susci piatis odia. Nam quod ad suspicionem pertinet: quæ prius propter Megarenses



finis duce di

Corcyrenses in Societate  
nem ab Athenis recepti

Chimerium

Ephire

Acherusia palus

Acheron

Thyamis fl.

Sybota insula

Hinc & thyamis thymianu appellat Strabo in septimo geographic libro in q & de chemo rio  
promontorio & de ephira libe qm ei thyre aut vocata & a thesprotis condita meminit

egre in Thesprotidis que est pars thesprotidis  
magnus est igitur error hic lunetij nostri

supererat prudentia fuerit eam extenuare potius. Posterius nanque beneficium oportune collatum etiam si minus fuerit tantum maius crimen diluere potest. Neq; uero q; magnam ad societatem offerunt: classem ob hoc polliceamini: quoniam non afficere iniuria pares. Firmior est potentia q; presenti rerum specie elatos cum periculis plura acquirere. Itaque nunc aduersa nos usi fortuna: tamen postulamus id quod apud Lacedaemonem ipsi praediximus: licere suos quosc; socios plectere: ut idem nunc a uobis impetremus: ne ue subleuati uos nostro decreto nos uestro laedatis: sed aequam uicem repedatis: memores hoc illud esse tempus quo maxime & qui inseruit amicus est: & qui aduersatur inimicus. Et corcyrenses hos neq; in societatem recipiatis inuitis nobis neq; de nobis malemeritos defendatis: quod facientes tum ex officio uestro egeretis: tum uobis ipsis optime consulueritis. Italia autem & corinthii dixerunt Athenienses utrisq; auditis: cum bis conditionem coegissent: in priori quidem non minus probauerunt rationes Corinthiorum impolteriori uero mutato consilio decreuerunt se confederationem cum corcyrensis non ita facere ut eosdem hostes ducerent eosdem amicos. Si enim aduersus corinthios iuberentur a corcyrensis simul nauigare ruptum iri foedera quae sibi essent cum peloponnesibus: subsidiariam tamen inire societatem: ut utrisq; forent alteris auxilio: si quis aduersus corcyram eat Athenas ue aut horum socios. Nam & citra hoc rebantur bellum sibi cum peloponnesibus fore nec corcyram corinthiis prodi uolebant tantum nauium habentem: sed eos qui maxime collidi inuicem: ut in ualidioribus effectis si quid opus esset corinthiis aliisque classem habentibus bellum caperent simulq; quia Italia uersus Siciliaq; nauigantibus comode sita insula uidebatur. Hoc Athenienses consilio corcyrenses in societatem acceperunt: nec multo post corinthiorum discessum decem naues illis auxilio miserunt: ducebus Lacedaemonio Cimonis Diotimo Strombichi & Protea Epiclis filio: quibus praeeperunt ne cum corinthiis pugnaret: nisi aduersus corcyram nauigantibus in terramq; descendere uolentibus aut aduersus aliquid ex illorum oppidis: ita demum pro uiribus prohiberent prouidentes hoc praeprocepto ne foedera rumperentur. Et naues quidem in corcyram profectae sunt. Corinthii uero postquam opus erat instruxerunt: aduersus eandem Vela fecerunt cum centum quinquaginta nauibus: Quarum erant Heliorum & Leucadiorum denae: Megarensium duodecim ambratorum uiginti septem: Anaetiorum una: ipsorum Corinthiorum nonaginta. Praefecti autem sui singularum Ciuitatum & ex Corinthiis Xenocides Eutydis filius cum quattuor colegis. Hi postquam coierunt ad continentem quae spectat corcyram uelificantes a leucade tendunt in chimerium quod est ore Thesprotidis. Est autem portus & super eum urbs a mari distans. In palustribus thesprotidos sita nomine Ephire: iuxta hanc exit in mare palus Acherusia cognomen aucta a flumine acheronte: quod per thesprotidem lapsum in eam effunditur. Fluit & Thyamis amnis: Thesprotidem Cestrinamq; determinans: intra quos chimerium promontorium cohercet: At hac itaq; continentem corinthii cum classe subeuntes castra posuerunt. Quorum aduentu in se cognito corcyrenses expletis centum & decem nauibus: quibus praerant Miryades Esimides & Eurybatus castra metati sunt in una insularum quae uocatur Sybota: Aderant eis & Atticae decem: peditatusq; in leucimna promontorio cum mille armatis Zacynthiorum auxiliariis: Praesto erant & Corinthiis auxilio futuri multi ex barbaris in proxima continente: ex qua semper omnes amici sunt illis. Re instructa Corinthii sumptibusq; trium diebus cibariis nocte a chimerio

errat

errat

errat

errat

soluunt tanquam pugnaturo: nauigantesque prima luce corcyrensis naues conspicantur: altum tenentes: ex aduerso que uenientes: ut mutuo se conspexerunt ad confligendum omnia instruunt: corcyrensis: dextro in cornu atticae naues fuerunt: alterum ipsi tenuerunt factis tribus nauium agminibus: quorum singulis singuli praerant. Hunc in modum dispositi erant corcyrenses. apud Corinthios dextrum cornu tenebant Megarenses naues & Ambratienses: medium locum alii focii: ut quibusque commodum erat: leuum cornu ipsi corinthii cum nauibus quae uelocissimae erant e regione atheniensium & dextri corcyrensis cornu: postquam utrinque sublata sunt signa concurentes praelium commiserunt multos utrique habentes super Carastromata milites multosque sagittarios ac iaculatores: uetusto adhuc more inscienter instructi. Erat autem pugna naualis aspera: sed non perinde ex arte pedestri praelio similior. Nam ubi commixti fuerunt non facile eximebatur praeturba & multitudine nauium: plus aliquanto de uictoria confidentes armatis qui super castromata erant: pugnantibusq; statariam pugnam nauibus quietis: quibus irrumpere perumpere erumpere non licebat. Verum animo magis & robore quam scientia pugnabatur. Multis ubiq; erat tumultus & turbulentum certamen in quo naues atticae corcyrensis sicubi satagebant praesto erant: metum quidem incutientes hostibus: Pugnam tamen nequaquam capescentes. Quispe uerebantur praefecti Atheniensium praeproceptum: maxime autem dextrum corinthiorum cornu laborabat. Nam eos in fugam uersos dispersosque uiginti nauibus persecuti corcyrenses in continentem usque ad eorum castra: aggressique in terram deserta tentoria incenderunt pecuniasque diripuerunt. Hac in parte corinthii superati corcyrenses superiores fuerunt. At in sinistro ubi ipsi corinthii erant: facile uicerunt absentibus e minori numero corcyrensis uiginti nauibus in persequendo occupatis. Athenienses quom cernerent corcyrenses satagentes: iam minus dissimulantes suppetias eunt: Primum quidem temperantes ab inuadendo. At ubi fuga aperte facta est & corinthii ingruebant: tunc unus quisque operi uacat: nullo iam hominum discrimine: cum eo necessitatis uentum esset: ut inuicem corinthii atheniensesq; conserent manus in fugam uersis hostibus: corinthii non religarunt scaphas nauium: quas demerserant traxeruntque remulgo: sed inter nauigando conuerterunt animum ad trucidandos homines: potius quam ad uiuos capiendos & amicos suos nescii illos in dextro cornu superatos per imprudentiam occidebant. Nam cum permultae forent utrorumque naues: & late mare occuparent: ubi permiscui fuerunt: non facile internoscebant: qui quos uicissent: si quidem pugnae naualis haec graecorum cum graecis maxima omnium extitit: quae ad hunc diem fuerit: nauium numero: Corinthii postea quam corcyrenses ad terram usque sunt persequuti: ad naufragia sua cesosque reuersi sunt: ac plerosque nacti ut ad Sybota comportarent: Vbi barbarorum exercitus qui erat in terra ipsis auxilia tulerat. Est autem desertus Sybota portus Thesprotidis. His actis frequentis rursus tendunt in corcyrensis: illi is nauibus quae agi poterant: & quaecunque reliquae erant una cum atticis & ipsi contra dirigunt: timentes ne in suam oram descendere conarentur. Et iam serum diei erat: ac peana sunt canere orsi: tanquam in eos inuaderunt: cum corinthii repente remos inhibere coeperunt: conspectis uiginti nauibus atheniensium uenientibus quas post decem priores subsidio miserant Athenienses: ueriti id quod acciderat ne corcyrenses superarentur: ne ue decem naues suae pauciores essent: quam ut eos tutarentur. His igitur prospectis

Catastromata

Satagebant graecis  
pro premi igitur  
uinci accepit  
lauretus satage  
re

Satagentes  
Dissimulantes

Remulgo traha

Sybota

Demerserant graece xetai uocantur quod uerbu hinc ne  
significat demergere sed ferre & prutere



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA  
GREGORIUS

2  
corinthii suspicatique athenis venire: nō quot cernebant: sed plures sensim retro abierunt. Porro corcyrenses cum atticis naues non uiderent minus enim ipsi erat apertus illarum aduentus: mirabatur Corinthios ire cessim: donec quidam cernentes dixerunt: naues illae huc tendunt. Tunc & ipsi abierunt. Iam enim noctis tenebrae erant: & corinthii abeuntes dissociati sunt. Ita utrique dirempti pugna usque ad noctem extracta: corcyrensibus apud Laucimnam castra habentibus: praeter uiginti naues Athenis profectae: quibus praerat Glaucō Leagri & Andocides Leogori filius: per occisos & naufragia ductae subierunt castra: Non multo postquam conspectae sunt corcyrensibus. Erat enim nox metuentibus ne hostiles essent: Postea cognitae admissae sunt. Postero die egressae triginta atticae naues & corcyrensiū quaecunque navigationi idoneae erant uella faciunt in portum: qui est in Sybotis ubi stationem corinthii habebant: animo cognoscendi an nauali praelio certaturi essent. Illi a terra soluentis altumque capefcentes instructi quiescebant: non incepturi sua sponte certamen: cum uiderent accessisse naues Atheniensium integras & sibi multa dura accidisse: tum circa captiuorum custodiam quos in nauibus haberent: tum penuriam instruendarum nauium in loco deserto. Itaque magis spectabant: quae se domum reciperent: timētes ne rupta atheniensis foedera: existimantes quoniam ad manum uenissent se illinc nauigare nō sinerent. Igitur placitum est eis impositis in actuarium nauigium uiros sine Caduceo ad Athenienses praemittere tentandi gratia: per quos talia dixerunt. Iniuria Athenienses estis: bellum incipientes foedera: rumpentes: qui nobis hostes nostros ulciscuntibus impedimento estis contraferentes arma. Quod si uobis constitutum est nos prohibere quo minus in corcyrenses alioque si quo libeat nauigemus: & foedera rumpitis: nos capite primos pro hostibusque utamini: & corinthii quidem talia dixerunt. Corcyrensiū uero quicumque audierunt. Exclamant ut protinus capiantur trucidenturque: Athenienses autem hunc in modum responderunt. Neque bellum incipimus Viri peloponneses: neque foedera rumpimus: sed istis focus corcyrensibus auxilio uenimus. Quod si usquam alio nauigare libet nauigetis licet. Sin aduersus corcyrenses aliquem ue illorum locum nauigabitis non negligemus quoad poterimus. Haec quom Athenienses respondissent corinthii se ad discedendum domum accinxerunt: simulque trophaeum apud Sybota incontinente statuerunt. Corcyrenses naufragia mortuosque: quae aestus ac uentus nocte exortus passim dispulerant ad ipsos delata: ut quocumque eiectione erat: sustulerunt: Ac trophaeum in insula sybotis e regione statuerunt ueluti uictores: Hac utrinque ratione uictoriam sibi uindicantes: corinthii quidem quae ad noctem usque superassent: ita ut naufragia plurima mortuosque receperint: captiuorum non minus mille habentes: de praeteritis nauibus circiter septuaginta trophaeum statuerunt. Corcyrenses autem quae triginta ferme naues illos corruptissimas: & superuentibus Atheniensibus naufragia circa se mortuosque legissent: quae pridie corinthii cessim euntes pugnam detractassent: conspectis Atticis nauibus neque uenientibus occurrissent ex Sybotis: ob haec statuerunt trophaeum. Ita utrique se interpretabantur uicisse. corinthii illinc domum nauigantes Anaclorion quod est in ore sinus Ampracii ceperunt fraude. Erat. n. illis commune cum corcyrensibus positumque in eo corinthii in colis domum reuerterunt. Et corcyrensiū octingentos qui serui erant uediderunt: ducentos quinquaginta asseruarunt uictos: magna adhibita cura ut per illos repetita corcyra potirent. Quorum plerique erant potētissimi ciuitatis. Sic igitur corcyra bello defuncta est aduersus corinthios: Et ab ea naues atheniensium recesserunt. Haec

Dicitur corinthii

videtur Athenienses.

Victoria ambigua

1  
prima corinthii extitit belli causa aduersus Athenienses: quae contra se foederatos pro corcyrensibus dimicassent. Post haec statim contigit ut has fieri atheniensibus peloponnesibusque simultates ad bellum mouendum. Nam corinthii ut athenienses ulciscerentur elaborantibus: suspicantes ipsi athenienses eorum inimicitiam: Potideenses qui ad isthmum palenes incolunt: corinthiorum coloniam socios suosque uectigales: iubent murum palenem uersus demoliri: obsidesque dare atque opifices eiicere: nec impostum admittere: quos corinthii quotannis mittebant. Veriti ne aperdica corinthiisque sollicitati deficerent: & alios in Thracia socios ad defectionem traherent. Haec athenienses statim post nauale ad corcyram praelium apud Potideenses praepararunt. Nam & corinthii odium per se ferebant & perdiccas Alexandri filius Macedonum Rex erat hostis: cum socius antea atque amicus fuisset. Ideo autem hostis quae cum philippo fratre suo & Derda aduersus se communiter bellum gerentibus societatem fecissent. Eoque timens misit Lacedaemona atque egit: ut illis bellum esset cum peloponnesibus: corinthiosque sibi conciliari: potideae ab alienandae gratia. Ad haec sermones habuit cum Chalcidensibus Thraciae & Botieis de rebellando existimans si has finitimas ciuitates habent socios: fore ut facile cum illis gereret bellum: Quae intelligentes athenienses ciuitatumque defectionem uolentes occupare: Mittebant enim in illius terram triginta naues ac mille peditum Archeltrato Leucomedis filio cum decem aliis praefecto: mandant ipsis praefectis obsides a potideensibus sumant: murum demoliantur: proximarum urbium custodiam gerant: ne descendant. At uero Potideenses missis ad Athenienses legatis: si forte persuadeant ne quid apud se noui agatur: profecti etiam cum corinthiis Lacedaemona egerunt: ut illi pararent si opus foret defensionem. Vbi uero ab Atheniensibus diu opera consumpta: nihil impetrant: sed naues quae in Macedonia itemque in ipsos mittebantur: profectae sunt: simulque quaestores Lacedaemoniorum polliciti: si Athenienses aduersus Potideam irent: se in Atticam inuasuros: tunc demum defecerunt cum Chalcidensibus ac Botieis communiter coniurati. Perdiccas quoque Chalcidensibus persuasit: ut relictis maritimis urbibus atque excisis migrarent olynthum: unamque hanc urbem ualidam facerent. Atque his qui suam terram relinquebant: Migdoniam quae circa Bolbem paludem est dedit incolendam quoad foret cum atheniensibus debellatur. Et illi quid suas urbes demoliti migrauerunt ad bellumque se se parauerunt. At ubi triginta atheniensium naues in Thracia uenientes acceperunt Potideam aliasque ciuitates defecisse: Duces non existimantes se praesentibus cum copiis posse gerere bellum aduersus perdiccam: & ciuitates quae defecissent in macedoniam quo primum missi fuerant conuertuntur: congressique cum hostibus a philippi & fratrum Derdi partibus stabant: qui ex montanis cum exercitu supuenerant. Interea cum corinthii Potideam desciuisset: & Atticis naues circa Macedonia agerent: timentes illi oppido ac domesticum existimantes periculum: mittunt ex suis uoluntarios: & ex aliis peloponnesibus mercede adductos mille sexcentos: cum iustis omnibus armis: & quadringentos leuiter armatos Duce Aristheo Adimanti filio: cuius propter gratiam non parum multi ex Corintho milites ultro comitatum praestiterunt. Fuerat. n. semper Potideensium studiosus. Perueneruntque in Thracia septuagesimo die quae potideam defecerat. Afferunt autem repente atheniensibus nuntius de ciuitatum defectione: qui ut cognouerunt etiam alios cum Aristheo accessisse: mittunt eo ex suis duo milia peditum: ac naues quadraginta: duce Callia Calliadi filio cum quattuor collegis. Qui praefecti Macedonia offendunt mille priores iam therma potitos: Pydnaque oppugnantes. Eam

Potideenses corynthio colonia

Perdiccas Alexandri

Bolbium palus

Therma Pydna

b iii

25  
& ipsi obsidentes oppugnauerunt. Sed postea pacificati cum perdicca & necessaria societate inita: q̄ eos urgeret potidea & Aristhei aduentus soluerunt ex Macedonia: cunque Berriam uenissent: & id oppidū conati prius expugnare neq̄issent: illinc itinere terrestri Potideam perrexerunt: tria milia peditum sui corporis praeter multos sociorum equitesq̄; Macedonū sexcentos: cū philippo Paulaniaq̄; ac nauibus septuaginta terrā legentibus paulūq̄; p̄uentibus: tertio die Gironū per uenerunt: castraq̄; posuerunt. Potideenses & qui cum Aristheo erant Peloponnenses aduentum Atheniensiuū expectantes castra habebāt ante olynthū in isthmo: mercatūq̄; extra urbē agebant. Itaq̄; socii Aristheum cūcti peditatus ducē delegerunt: Perdiccam equitatus. Nā protinus defecit iteq̄; ab Atheniensibus: atq̄; apotideensibus sterit Iolao p̄ se ducē substituto. Erat autē Aristhei cōsiliū cū exercitu quē secum habebat: excipere athenienses si aggredierentur. Chalcidenses uero & socios q̄ extra isthmū equitesq̄; ducētes qui cum perdicca erant: intra olynthum manere: & cū in eū tenderent athenienses auxilio uenire a tergo hostis: eum in medio claufuros. Callias atheniensium dux ac collega: macedonū equites paucosq̄; sociorū olynthū mittunt: illinc auxiliū ferri phibituros. Ipsi motis castris potideam tendūt: p̄gressiq̄; usq̄; ad isthmū ubi uidēt hostem se se ad bellū paratū: ex aduerso acie & ipsi instruit: nec multo post cōfigūt: & ipm̄ quidē Aristhei cornū: & quicūq̄; circa illū erāt ex corinthiis Caterisq̄; bellatores auerterūt oppositū cornū: p̄rumpentes quā longe p̄sequi sunt. Reliquus exercitus Potidensiuū Peloponnensiuūq̄; ab atheniensibus supatus ē: & usq̄; ad muros fugatus. Rediēs Aristheus a p̄secutione ut uidit alterū exercitū uictū hesitabat: uero tendens piclitaref Olynthū ne an Potideā. Visum est igit̄ coactis qui secū erāt: potideā ut ī p̄p̄inquisimū oppidū cursū cōtendere: perq̄; mare iter muros & saxa quā ad arcedas undas mari obiecta erāt: multis missilibus iactis aegre euasit: paucis amissis plerisq̄; saluis. Atq̄; ex olyntho auxiliares potidensiuū erant: abest autē olynthus sexaginta ferme stadiis sita: edito in loco ubi pugna cōmissa est: Et signa sublata: paululū p̄gressi sunt ut opē latūri & macedones eq̄tes acie opposuere tanq̄; inhibitori. At postq̄; repente uictoria penes athenienses fuit: signaq̄; re uulsa: rursus ad muros se se recaperūt: & macedones ad athenienses: ita eq̄tes neutris affuerunt. Post pugnā athenienses trophæū statuerūt mortuorūq̄; ex iure Potideansibus reddiderunt: cecidit. ex potidensibus sociisq̄; paulominus trecētis. Ex atheniensibus centū quinquaginta: & Callias dux. Moxq̄; athenienses muq̄; qui spectat isthmū uallo cinxerūt: ubi & p̄sidiū imposuerūt. Nā palenē uersus murū nō erat. Nō. n. se suffecturos arbitrabāt tueri isthmū & ad palenē trāsgressos muq̄; ducere: uerētes ne se diductos inuaderēt Potideenses ac socii. Cūq̄; accepissent qui athenis erāt palenē nō esse muro circūdatam: Post aliquātū temporis mittūt ex suis mille sexcētos pedites ducē Phormiōe asopii filio: q̄ palenē petēs ex Aphyte egressus admouebat exercitū Potidee: Paulatim p̄cedens simulq̄; agros uāstans: tademq̄; nemine p̄deunte in pugnā muro palenē cinxit: Atq̄; ita potidea iam utriq̄; uehementer oppugnabat nec nō amari iustabat nauibus urbe uallata. Aristheus nullā spem salutis habēs nisi qd ex peloponneso aut aliud inopinātū cōtingeret suadebat ut p̄ter quinquaginta quorū ipse unus uolebat esse: ceteri obseruato uēto nauibus abirent: quo diutius suppereret res frumētaria. Vbi nō p̄suadet ut quā ī rem erāt appareret: utq̄; exterius negotia optime haberent enauigauit: deceptis atheniensiuū custodibus: Manēsq̄; apud Chalcidenses illis sociis cū alia p̄lia fecit: tū p̄ multos sermyliorū locatis ate urbē insidiis occidit. Etiā tū peloponnensibus

Aphytis. V.

egit ut aliquid subsidii mitteret. Post potideam muro circūdatā phormio mille sexcentos habens Chalcidicā plagam botieaq̄; oppugnauit: Quaedam etiam castris cepit. Atq̄; hāc suberāt causae mutuo succedendi Atheniensibus Peloponnensibusq̄; Corinthiis quidē q̄ potideā ipsorū coloniā corinthiosq̄; uiros ac peloponnenses q̄ in ea erāt oppugnaret. Atheniensibus autē q̄ ciuitatē sociam sibiq̄; uectigale ad defectionē induxissent: & ex p̄fuso uenientes p̄ potideensibus cū ipis dimicassent: Nondū tamen bellū usq̄; quaq̄; cōflatum erat: sed habebat aliqd̄; laxamentū. Separatim enim hāc corinthi egerāt. lidē cum oppugnaret potidea nūq̄; quierūt: cū de ciuibus suis: tum de oppido solliciti: orarūt socios ut Lacedaemōia irent: & ipsi ueniētes contra atheniēses uociferabant: q̄; foedere ruptores & i Peloponnensium iniuri essent. Aeginetā quoq̄; nō illi quidem palā legatiōe missa: sed clam non minimū cū istis admouendum bellū incumbebāt: dicentes nō esse sui se iuris ex foedere. Lacedaemōniū coacto concilio: cohortati si q̄; sociorū alius uel quis accepisset ab Atheniensibus iniuriā ex more dicere iusserunt. Et p̄cedentes alii fere oēs: iteq̄; Megareses accusatiōibus usi sunt: Demonstrantes cū alia non pauca quā successerēt: tū uero q̄; sibi p̄ter foedera interdictū esset sub atheniensium impio: portubus & terrā Atticā mercato. Nouissimi corinthii p̄missis aliis prius acuire lacedaemonios processerunt: atq̄; ita uerba fecerunt.

Oratio Corinthiorum apud Lacedaemonios.

**F**ides uestra Lacedaemonii quā inter uos publice priuatiq̄; seruatū facit: ut nobis alii si qd in uos dixerimus fidē nō habeant. Et in quo uobis sapitis in eo circa res exteriores magis disipitis: q̄; p̄pe qui nobis saepenumero p̄dicantibus ac p̄dicantibus apud uos quomodo nos laesuri forent atheniēses: nūq̄; tamē auscultare uoluistis quā docebamus: sed potius ea dici suspicabamini p̄ priuatas quā nobiscū erāt cū illis similitates. Ideoq̄; nō prius q̄; laederemur: sed postq̄; laesi sumus socios uocādos putastis: apud quos aequū est: quo plus criminū habemus quā obiciamus & ab atheniensibus laesi & a uobis neglecti eo plus uerborū faciamus. Quod si aliqua ratione nō manifestari forent ii qui grāciā uexant: opus erat ut planū faceremus apud nescientes. Nunc qd attinet longa uti oratione cū cernatis ab Atheniensibus alios ī seruitutē redactos: aliis insidias tendi: & p̄cipue iis qui nostri sūt socii: & olim iā ad bellū si quādo bellū sibi inferēt: illos se instruere. Nō. n. corcyra p̄ceptā nobis tenerent neq̄; potideā oppugnarent: quāq̄; urbiū altera accōmodatissima est ad p̄uinciā Thraciā optinendā: Altera maximam peloponnensibus classem p̄stabat. Cuius rei culpa penes uos est: qui tunc primum p̄missis eos post bellū medicū reficere urbē: mox etiā longos muros extruere. Iā inde ad hanc diē assidue priuatis libertate nō modo socios suos. sed iam etiam nostros. Tamē si nō tam is qui redigit alium in seruitutē q̄; is qui cū possit hoc phibere contemnit: id facere exstimandus est utiq̄; si praclarū p̄ se ferat titulum grāciā in libertatē asserendā. At nūc uix tandē cōgregati sumus: ac ne si quidē ista p̄ manifestis habētes quos oportebat non an iniuriam acceperimus discutere amplius: sed quo pacto illam ulcisceremur. Nam athenienses ad iniuriam faciendam non inconsulto aduersus nos nondum ista intelligentes nec tardi ueniunt: Nec non fallit qua uia ī nos illi paulatim progrediuntur ulterius: arbitantes se latere ne uos id sentiat: minus iccirco audent: enixius aufuri: ubi uos hoc sentientes tamen negligere cognouebiiii.

Nota sententia



26  
runt. Soli enim uos græcorum Lacedæmonii tenetis otium: nō uim uī ab aliquo sed tarditate repellentes: soli que uires hostium non cum incipiunt sed cum duplicata sunt perditum iras. Et dicebaris uos esse in tuto fortius loquentes quā pro res ueritate. Nam & ipsi scimus Medium ab extremo terrarum prius in peloponnesum peruenisse quā a uobis pro dignitate occurreret: & nunc athenienses non longinquos ut ille erat: sed uicinos negligitis: & inuadentibus resistere mauultis quā inuadere. Et cum multo qui antea fortioribus dimicando incerta fortunæ subire. Cum sciat & barbaræ ipsi magis aduersis casibus: & athenienses dum nobiscum beligerarunt potius crebris erroribus suis quā nostra uisione fuisse superatos: eoque non nullos aliquando quod imparati essent: spe uestri fractos in exitū deuenisse. Neque aliquis uestrum hæc dici a nobis existimet odio magis quā quærela. Nam quærela quidem est amicorum de amicis officio nō fungentibus: Accusatio autem est de hostibus qui iniuria affecerunt. Et sane si qui alii sunt qui uobis dedecori sunt indefensi: nos ut arbitramur in sumus: qui presertim de magnis adeo rebus dimicemus: Quarum nullum uos sensum nobis habere uideamini: nec unquam considerare quibus nam cum hominibus res est. Atheniensibus eisdem prorsus aduersariis uestris ac nouarum rerum studiosis: & tum ad excogitandum: tum ad ea quæ sentiuntur exequenda: uelocibus. At uos ea quæ possidetis conseruare contenti: nihil admodum ad excogitandum ac ne ad necessaria quidem exequenda sufficitis. Ad hæc illis quidem adest maior quā pro uiribus audacia: maiora hominum opinione pericula subeuntibus etiam inter asperrima quæque bene sperantibus. Vos autem & ad agendum infra uires animosi tutis etiam consiliis diffidentes & difficultatibus nunquam uos ereptum in arbitramini. Præterea illi impigri: Vos pigri: illi pergere degentes: Vos domi desides: opinantur enim se lucrifacere absentiam suam. Vos dum alios inuaditis res domesticas absumi putatis: Illi superato hoste longius progrediuntur: superati uel nimium animo consteruantur. Quin etiam in defendenda urbe ministerio alienissimorum quoque utuntur: sed consilio tamen intemorum nisi cogitata confecerint de rebus domesticis deperire: & quæ inuadendo optinuerunt parua pro illis esse quæ animo agitant: existimantes & si quid irrita spe tentauerint noua rursus spe amissa reparantes. Soli enim omnium pariter habent ac sperant ea quæ destinauerunt: Tanta est eorum in aggrediendis quæ animo construerunt celeritas: Atque in omnibus his per labores atque pericula æuū omne conerunt: rebus partis uel minimi fruente: studio assidue acquirendi non dies festos esse non aliud quippiam putantes nisi conficere quæ expediunt: nec minus damnosam esse quietem desiderant quam operam laboriosam. Vtque adeo (ut breui complectar) si quis dicat illos hoc ingenio natos esse: ut neque ipsi queant: neque alios sinant quiescere: is recte dixerit. Hac itaque tali ciuitate uobis aduersaria Lacedæmonii cunctantini: celsitque is demum hominibus plerumque quietem sufficere: qui quæ ad apparatus pertinent probe exequuntur: præ se ferentes eo se animo esse: Vt si quis lacesserit cessuri non sint: ita uos ut non lædere alios: sic ne ipsi lædamini uim propulsa re in hoc colitis æquitatem. Quod uix consequeremini uel si similis uobis uicina Ciuitas esset: Nunc autem id quod iam etiam ostendimus priscis moribus agit aduersus athenienses: Atqui necessarium est assidue ueluti artis alicuius ut reuocentur: quæque euincant: & ciuitati tranquillæ optimum non immutari ista tuta. At ea quæ ab alia urgetur: ad multa se confere debet: & multa artificia machinari: Ideoque Athenienses propter multam experientiam multo quam nos magis student rebus innouandis. Hactenus uestra tarditas progressa finem faciat: &

1  
promissis  
iata cum aliis tum uero potideatis quemadmodum recepistis: opem feratis: matutime atticam inuadentes: ne uiros uobis amicos atque cognatos inimicissimis perdati: ne ue nos ceteros cogatis præ desperatione ad aliam nos aliquam societatem conuertere: nihil profecto iniuste acturos: aut erga deos quos iurauimus: aut erga homines qui ista sentient. Non enim qui destituti ad alios se conferunt scinditragi sunt: sed qui coniuratis suis auxilia denegant: ad quæ auxilia præbenda si prompto fueritis animo permanebimus. Alioquin scelesti faceremus: nec alios quam uos estis magis propensos inueniremus. De his uos probe consulatis: detis que operam ne peloponneso cum minori dignitate præsideatis quam cum quantam patres eam uobis tradiderunt. Et hæc quidem corinthii dixerunt. Aderat autem Lacedæmone iam antea Atheniensium legatorum aliorum negotiorum causa. Qui cum hæc uerba cognouissent uisum est eis e dignitate sua esse Lacedæmonios adire: nihil purgatos eorum quæ ciuitates crimini darent: sed ostensuros in uniuersum non esse illis festinato decernendum: sed impensius considerandum: nec non se in animo habere quantum sua ciuitas polleret significare: tum redigendo in memoriam senibus quæ nosset: tum commemorando iunioribus quorum in experti essent: sperantes fore ut cum audissent propensiores essent ad quiescendum quam ad bellum mouendum. Aditis igitur Lacedæmonii dixerunt uelle se ad multitudinem eorum habere orationem nisi quid prohiberet. Illis iubentibus athenienses processerunt atque in hunc modum loquuti sunt.

#### Oratio Atheniensium apud Lacedæmonios.

E Quidem non ad disceptandum nos cum sociis nostris legati uenimus: sed ad alia transigenda a ciuitate missi. Verum cognita non exigua aduersus nostram aliarum ciuitatum quærela persequimus: non criminibus responsuri. (Neque enim iudices uos aut nostri aut istorum estis apud quos habeatur oratio) sed ne uos ad sociis credendum faciles de rebus magnis deterius consulatis: simul quia uolumus de rationibus nostris omnibus quo pacto se habeant uos facere certiores. Neque ea quæ tenemus improbe obtenta & nostram ciuitatem magni pretii esse: Et peruectula quidem illa quid attinet repperere: quorum magis fama testis est apud audientes: quam aspectus. At gesta bello medico: & quæcunque ipsi nouistis: & si propter uulgus magis sunt assidue predicanda: tamen commemorari necesse est. Quæ dum gessimus si cum periculo: & ex utilitate communi gessimus: cuius uos participes extististis: non est ab eorum prorsus mentione cessandum. Quæ non magis purgandi nos gratia dicentur: quam testificandi demonstrandique aduersus qualem ciuitatem non bene uobis consulendo uos bellum suscipiatis. Et enim præ nobis ferimus nos solos in Marathone aduersus barbarum periculis obuiam esse. Cui rursus reuerso cum ipares terrestri certamine essemus conscensu uniuersis nauibus ad Salaminæ pugna nauali confliximus. Quæ res præstitit ne ille peloponnesum per nauigando oppidatum expugnaret: Cum non possent ciuitates uestre contra igere classe sibi mutuo auxilio esse: Atque huius rei barbarus ipse maximum testimonium phibuit: quæ classe uictus: tamen nunquam amplius futura sibi pari potentia perit: cum maiore copia parte abscessit: Ex quo tali facto cum patuisset plane: res gratiæ classe constare. Tria

Matutime.

Dixerunt corinthii

Pre nobis ferimus  
nos sumimus.

Themistocles

nos in id utilissima contulimus: plurimum navium numerum: ducem solertissimum uirum: exertissimam animi alacritatem naues quidem ad quadringentas: paulominus duas totius classis partes. Ducem uero Themistoclem q̄ principuus auctor extitit ut pugna naualis fieret inter angustias: res proculdubio statui graeciae salutifera quo nomine uos cum singulari honore profecuti estis: p̄ externis omnibus qui ad uos uenissent. alacritatem autem eamq̄ praestantissimam declarauimus: qui cum terra iuuaremur a nemine: iam caeteris ad nos usque redactis in seruitutem statuimus: urbem esse deserendam: rem familiarem destruendam: non sicut caeteri focu societatem deserentes: neque dispersi: qui nullo sociis usui fuisset: sed conscensis nauibus discrimina adeuntes: nec uobis q̄ antea non tuissetis opem succedentes. Itaque profitemur non minus esse de uobis nos meritos: q̄ ut hoc a uobis impetremus. Nam uos quidem exhibitis urbibus proficiscentes: Postq̄ timere cepistis ut eas impolterum habitaretis: pro uobis multo plus q̄ pro nobis auxilio uenistis: Ideoq̄ cum iam salui fuimus amplius nō affuistis. Nos autem ab urbe ubi nulla iam ciuitas erat profecti: pro hac ipsa qua exiguas spe erat periculis nos committentes & uobis experite & nobis saluti fuimus. Qui si ad medium transissemus metu subacti quēadmodum terrae suae timētes aut non ausi postea fuissetis classem conscendere: tanquam deplorati: nihil sane oportuisse: iam uos non satis nauium habentes classe pugnare: resq̄ sine certamine ad uorum hosti cessisset. Quapropter digni sumus Lacedaemonii illius nostrae & generositatis & prudentiae gratia. Qui principatu quem habemus potiamur: non ita multum graecis inuidioso quippe quem nō ui sumus adepti. sed tum uobis reliquias barbari persequi reculantibus: tum sociis qui nos adierunt precantibus ut sibi praessemus. Quo ex facto coacti primum iumus illum hucusque propagare: praecipue timoris. Deinde honoris. postremo utilitatis gratia. Neq̄ amplius uidetur tutum nobis esse: ut cum multis simus inuisi: nō nullisq̄ qui iam defecerant subegerimus: uobis quoq̄ non perinde amicis sed in suspitionem adductis ac discordantibus intermissa industria periclitemur. Namq̄ qui a nobis si ad uos deficerent. nec inuidiosum est aliquem qui in sumum periculum deducatur consulere utilitatibus suis. Quoniam uos quoq̄ Lacedaemonii ciuitatibus quae sunt in Peloponneso: ad uestram utilitatem constitutis praestitis. Eni uero si imperio quod oprinuistis haecenus perseuerassetis: fuissetis inuisi: quēadmodum nos: urpote quod probe scimus non minus q̄ nos in socios seueri: coge reminiq̄: aut imperiose damnari: aut uestri periculum adire. Ita nec nos in iram fecimus rem: neq̄ a moribus humanis abhorretē: si traditū nobis imperiū suscepimus: nec id deponimus maximis rebus coacti dignitate. Metu. utilitate talis facti nequaquam primi auctores quod semp factitatu est: ut imbecillior a potēiore coerceret. qd̄ q̄ ut nos faciamus & nostra opinioe digni sumus & uobis uidemur: eatenus lectati utilitate quatenus iusticie ratio pmisit. Quā rationē nemo unquam ita utilitati p̄posuit: ut oblatā sibi occasione plus aliqd̄ ui adipiscēdi p̄mittereret. Digniq̄ illi sunt laude q̄ humana natura usi: ad alius imperandū benigniores extiterunt. q̄ ipm̄ imperiū tulit. In quo q̄ modeste nos geramus: illi ut arbitramur maxime ostenderēt si q̄ hoc impiū accipient. Quāq̄ ex nostra lenitate quod indignū ē plus dedecoris assequimur q̄ laudis. Si qdem q̄ in rebus contrahendis & in iudiciis a quo iure nos atque illi utuntur quod nobis contumeliosum est tamen litigiosi putamur. Neque eorum quispiam considerat alios quosunque qui rerum potiuntur. Quorum ut quisque se minime Lenem praebet erga subiectos: ita

minime ab illis uitupatur. Vi enim cum obnoxii nō iudicio sibi agendū putāt. At nostri focu consuetudine nobiscum ex aequo agendi: si quid uel quantum cunq̄ sibi detractum est uerbo factoue propter rationem imperii: q̄ opinione ipsorum detractum non oportuit: non habent gratiam de pluri non erepto sibi: sed illud modicum deesse grauius ferunt: q̄ si ab initio secum non iure: sed apte rapaciter egissemus. Tunc enim isti hiscere quidem contra nos ausi fuissent tanquam fas non foret imbecilliori detractare imperia superioris. Atq̄ si homines indignari potius solent: quibus iniuria infertur: Si ipsis credimus/ quam quibus uis. Nam fraudare quidem alium significat illic esse iuris aequabilitatem. Cogere uero illic esse superiorem. Eoque cum atrociora sub Medo paterentur tollerebant eisdem: nunc nostrum imperium durum uidetur neque immerito. Semper enim subditi praesens grauat imperium. Quin uos si euerso dominatu nostro ipsi domi naremini: iam beniuolentia quam metu nostri contraxistis in maliuolentiam mutaretur. Et quae tunc ad breue tempus cum aduersus Medos praefuistis declarastis: eisdem similia agnosceretis. Vestra enim instituta ac leges cū aliis non cōmunicatis. Praeterea quisquis a uobis dux mittitur is neque eisdem quibus antea moribus: neque quibus reliqua graecia utitur. Qua propter tanquam de rebus nō exiguis diu deliberate: neq̄ alienis cōsiliis criminationibusq̄ fidem habentes domesticum laborem praeligatis: atque huius belli incertum quantum sit: priusquam ingrediamini considerate. Belli enim diuturnitas solet plerasque res fortuitis obicere. A quibus fortuitis utriq̄ aequaliter absumus incertum utri magis in periculo futuri. Qui cupide bella ineunt prius in negotiis uersantur: Quae posteriora consiliis esse debeant. lidem cum aduenit calamitas tunc ad rationem se se conferunt. Cui culpae cum neque nos ullo pacto affines simus: neq̄ uos esse uideamus praedicimus dum integrum utrisque est bene consultare: ne foedera rumpatis: neque iusiurandum praeruaricemus: sed controuersias nostras ex conuentis dirimamus. Alioquin deos quoque iurauimus testamur: nos bellū propulsauros eatenus uos eius auctores puocaueritis. Hac Athenienses postquam audierunt Lacedaemonii sociorum quærelas aduersus Athenienses: & quae Athenienses dixerunt: sumotis omnibus apud se ipsos de rebus praesentibus consultauerunt: & plurimum in idem conuenere sententiae: iam iniuste agere Athenienses & quam primum bello ulciscendos. Procedens autem Archidamus eorum Rex & solers habitus & modestus ita uerba facit.

Oratio Archidami Regis apud Lacedaemonios.

**M** Vltorum iam bellorum Lacedaemonii & ipse sum expertus: & tales esse scio ex uobis qui aetatis eiusdem sunt: ut neque per imperitiam quis id quod multis contingit bellum concupiscat: neque ipsum expedire ac tutum esse existimet. Hoc autem quo de nunc agimus: si quis sagaciter ratiocinetur non inter minima habendum esse comperietis. Nam aduersus quidem Peloponneses atque finitimos nostrae uires pares sunt cum possimus contra singulos arma circumferre. Aduersus autem uiros qui procul incolunt: quique rei maritimae sunt expertissimi ac caeteris rebus omnibus praclarissimae muniti diuiciis & priuatis & publicis: Classe equitatu: armis hominum copia quanta in graecia nusquam est alibi dumtaxat uno in loco. Praeterea sociis multis tributariis quo tandem modo bellum debemus summere.

+

Hola.

Athenienses dixerunt

Archidamus

Qua de pro de q



Et qua freti re. Cum simus imparati illos inuadere? An classe: at ea inferiores sumus: Cui instruende si operam impendamus: ut pares simus tempore opus est. An pecunia: at ista multo etiam sumus inferiores: Quam neque in publico habemus: neque unde prompte ex priuato conferamus. Confidat forsitan aliquis qd & armis eos & hominum multitudine antecellimus: ut terram eorum peragran-tes uastare possimus. At qui reliquum terrae quod habent permultum est & qui bus indigebunt ea mari importabunt. Quod si eorum socios ad defectionem sollicitabimus: oportebit nos illis classe ferre auxilium maiore ex parte insularis. Itaque quod nam erit nostrum bellum? qui nisi aut nauibus superauerimus aut prouentus unde classem alunt praeripuerimus plura de nostris simus destructuri. Quanquam ne deponere quidem bellum postea fuerit decorum: praesertim si illius nos mouendi potius auctores fuisse uideantur. Neque uero spe illa subleuemur cito debellandi: si agrum eorum peruastemus: cum timeam magis ne bellum liberis nostris relinquamus. Neque credibile est: Athenienses eos spiritus habere: ut aut propter agrum uastatum inducantur ad seruiendum: aut bello praeterea- tur tanquam inexperti bellandi. Neque rursus ita desipio: ut uos iubeam sinere ab illis laedi socios uestros: nec castigare insidiantes: sed nondum ad arma prorumpere: uerum mittere ad eos exoptulatum: neque bellum ualde ostendentes: neque tamquam sine bello talia permitturi. Et interea nostra ipsorum apparare sociorum prouentu: tum graecorum tum barbarorum: sicunde utrum aliquid: uel ad classem uel ad rem pecuniariam asciscemus. Extra inuidiam est: quibuscumq; tenduntur insidiae quemadmodum nobis ab Atheniensibus eos asciscendis non graecis modo: uerum etiam barbaris saluti suae consulere. Et tamen e nostris rebus copiae suppediabantur. Quod si legatos nostros exaudierint optimum fuerit. Sin minus duorum trium ue annorum spacio: nos iam melius muniti bellum illis inferemus. Qui cernentes iam nostrum apparatus eumque congruere cum uerbis quibus ista significauimus: magis concedant: utique illesum adhuc agrum habentes: & de bonis praesentibus nondum ab hoste corruptis deliberantes. Nihil enim aliud ipsorum agrum putetis esse: quam obsidem: cum eum optinent: atque eo magis quo melius excolitur: Cui quam plurimum parcere debemus: nec ad desperationem compulsos illos inexpugnabiles reddere. Si enim nondum imparati sociorum accusationibus inducti eum uastemus: Videte ne deformis atque damnosius Peloponneso consulamus: quoniam accusationes & publice & priuate extingui possunt: bellum autem quod priuatorum causa sumitur ab uniuersis: incertum quonam sit euasurum: non facile deponitur cum decore. Quod ne cui uideatur ignauiae dandum. Multas urbes aduersus unam non continuo suscipere: Sunt & illis sui socii non pauciores quam nobis & ii stipendiarii: & bellum fere non magis stat ope armorum quam sumptibus: per quos utilia sunt arma: praesertim hominibus mediterraneis aduersus maritimos. Quare de mus operam prius ut suppetant sumptus: non sociorum uerbis efferamur: qui certe ut plus cause in utram partem res cadet habebimus: ita per quietem utro sit res casura prouidebimus. Nec uos tarditatis atque cunctationis quam in nobis maxime reprehendunt pudeat: Nam & properando ad bellum serius illud finietis: quod imparati adieritis: & quia nostra Ciuitas semper extitit libera & gloriosissima: potest ista cunctatio precipue uideri germana nostrae grauitatis. propter haec. n. soli nos neque propter superbimus & aduersus minus quam caeteri consisternamur: neque laudibus nos incitantium ad difficiliora: quam nobis uideantur capessenda erigimur uoluptate neque si quis

1  
accusationibus exacuit: iccirco magis ad assentiendum inducimur propter modestiam bellaces: & iidem circumspecti bellaces quidem: quia modestiae uerecundia particeps est. uerecundiae rursus praestantia animi: circumspecti uero qd edocti sumus in doctiorum esse leges contemnere: modestiusque uel cum difficultate illis obtemperare: quam sine hac non obtemperare. Neque in hoc sumus ualde solertes ut apparatus hostilem spetiosa sed inutili oratione uituperemus: & bellum mox non perinde ipso opere ineamus: sed ut sentiamus cogitationem hominum non longinquorum proximas esse nostris: nec fortuitos casus sub orationem uenire. Tanquam aduersus hostem recto consilio utentem: nos factis semper instruamur nequaquam spe habentes ex illo tanquam peccaturo: sed quemadmodum ipsi nos diligenter sibi prouisuro. Neque debemus arbitrari inter hominem & hominem magnopere differre: sed illum esse praestantissimum qui in rebus necessariis maxime eruditur. Haec igitur instituta quae nobis nostri maiores tradiderunt: quaeque ipsi tenentes perpetuo proficimus ne omittamus: neue breui momento temporis adducamur ad consultandum de multorum capitibus: de multis pecuniis: de multis urbibus: de gloria. sed per otium id agamus quod nobis propter potentiam praeter caeteros agere licet: Mittite ad Athenienses de Potidaea: Mittite de aliis exoptulatum quibus illam iniuriam socii aiunt: eo quidem magis qd iudicio se offerunt: Quod qui faciunt aduersus eos tanquam iniuriam inferentes ire legitimum non est. Et nihilominus bellum apparate. Haec facientes & praclarissime consulueritis & hostem maxime terrueritis. Et Archidamus quidem ita loquutus est procedens autem ultimo loco Sthenelaidas qui tunc unus erat ex ephoris: hoc est tribunis plebis: sic apud Lacedaemonios inquit.

#### Oratio Sthenelaide ephori apud Lacedaemonios.

**V**erba quae Athenienses multa fecerunt equidem non intelligo: Nam se ipsos maiorem in modum iactauerunt: nihil sane resellentes se non intulisse iniuriam sociis nostris atque Peloponneso. Qui & si contra Medos tunc boni fuerunt: nunc qd erga nos mali sunt: duplici sunt digni supplicio: mali ex bonis effecti. Nos autem nostri similes quales tunc tales nunc sumus. Qui si sapimus socios nostros non habebimus contemptui affectos iniuria: nec eos ultum ire differemus: cum ipsorum non differatur iniuria. Nam altis quidem suppediatur multitudo pecuniarum nauium equorum: At nobis strenui socii haud digni quos Atheniensibus prodamus: nec quorum causa iudiciis discutatur: & uerbis cum non sunt ipsi uerbis laesi: sed uiudicetur mature atque omni conatu. Neque nos quisquam lacestos iniuria doceat: quonam modo consultare conueniat: Eis conuenit potius diu consultare: qui sunt illaturi iniuriam. Qua de re Lacedaemonii e dignitate spartana bellum decernite: nec Athenienses sinatis effici maiores: nec socios a nobis proditos esse: sed diis ducibus bellum inferamus iniuriam inferentibus. Haec locutus cum esset ephorus: rem ad suffragia retulit in contionem Lacedaemoniorum: ac negauit: clamore enim non calculis dant Lacedaemonii suffragia: dignoscere se clamor uter maior esset: sed uolens eos aperte senten-

Ephorus .i. tribunus plebis.

26  
tiam declarantes: ad sumendum bellum prouocatos esse inquit: cui uestrum uide-  
tur Lacedæmonii rupta fœdera: & Athenienses iniurii esse: surgat in locum il-  
lum ostendens ei certum locum: cui non uidentur in alterum. Illi transeuntes  
cum alitern fecerunt: multo plures fuere quibus fœdera rupta uiderentur.  
Accitisque sociis dixerunt: sibi quidem uidere iniuste agere Athenienses: uelle ta-  
men hortari socios omnes ad danda suffragia: ut communi consilio bellum si ui-  
deatur geratur. Et illi quidem confectis his domum abire: & post eos legati athe-  
nienses cum responsum retulissent de iis quorum gratia uenerant: Hoc autem  
plebiscitum fœdera esse rupta factum est quartodecimo anno quam tricenna-  
lia sunt inita fœdera: Euboicum bellum secuta: Enimvero decreuerunt Lacedæ-  
monii fœdera rupta esse: & bello uindicanda non tam inducitur sociorum uerbis  
quam metu: ne Athenienses potentiores fierent: quibus cernerent iam plurimum  
græciæ subiectum esse. Nam Athenienses hunc in modum ad eas res uenerunt  
in quibus aucti sunt. Postea quam medi ex Europa decesserunt: nauali pariter ac  
pedestri pugna a græcis uicti: & eorum qui mari effugerunt apud mycalem ab-  
sumpti sunt: Leotychides Lacedæmoniorum rex græcorum: qui apud Mycalem  
erant dux abiit domum: habens qui ex peloponneso erant socios: Athenienses  
uero sociique ex Ionia & helleponto qui iam ab rege defecerant: perstando se-  
stum a Medis infessam oppugnarunt ibique hibernantes ceperunt barbaris di-  
lapsis. Post quod omnes fere in urbes redierunt nauigantes ex helleponto athe-  
nienses simul ac eis barbari ex regione cesserunt publice ubi deposuerant: reci-  
piunt liberos: uxores & quæ supererat: rem familiarem urbemque excitare edifi-  
cis parant: ac muris. Ambitus enim parum extabat domus pleræque concide-  
rant: paucæ in quibus manserant primores persarum incolumes erant. Quod fu-  
turum intelligentes Lacedæmonii uenere legati quibus quædam uoluptati fue-  
runt cernentibus: neque se neque alium quenquam muros habentem: hoc autem  
molestum utique sociis exacuentibus: & timerent: tum nauium copiam quanta  
non antea fuisset: tum auctam in bello medico audaciam: Postularunt itaque ab  
eis ne muros reficerent: sed potius omnium extra Peloponnesum urbium qua-  
rumcunque starent ambitus demolirentur. Quid uellent ac suspicarentur: non  
patefacientes illi quidem Atheniensibus: præterea tamen ne barbarus si rur-  
sus rediret haberet unde ex tuto: sicut modo ex Thebis procederet: Peloponne-  
sum omnibus receptaculum idoneum ac tutamen esse. Athenienses talia locu-  
tos: Lacedæmonios confestim dimittunt: cum se missuros illuc de hac re legatos  
respondissent: Themistoclis consilio. is iussit: ut se quam primum Lacedæmonia  
mitterent legatum socios: qui eligendi essent non subditi: sed eos raudu retine-  
rent: usque dum muros ad iustam altitudinem excitassent: unde commode sal-  
tem pugnari posset omnibus prorsus: qui in urbe essent adiuuantibus. & ipis &  
uxoribus & liberis nulli parcentes: neque priuato neque publico ædificio unde  
aliqua in id opus utilitas foret: sed omnia diruentes. Hæc cum docuisset signi-  
ficassetque alia quæ illic esset acturus discessit. Cunque Lacedæmonia uenisset  
non abiit magistratus: sed multa præterea ac causabatur quotiensque ali-  
quis quæstorum interrogaret cur in Senatum non procederet: Expectationem  
sociorum excusabat: occupatione enim eos aliqua distineri sperare se tamen pro-  
pe diu: ueturos & mirari nondum adesse. Quæ audientes ei pro amicitia agebant.  
Cui autem alii uentitaret apteq; coargueret muros fieri: atque adeo iam sublimes esse non  
habebat: unde non crederet. Quod ietius Themistocles iubet eos potius quam uerbis

1  
seducantur: certos ex se ipsis mittere qui rem fideliter exploratam renuntiant: illis  
mittentibus quosdam e suis & ipse clam per nuntium Athenienses admonet:  
ut eos qui mitterentur a Lacedæmonii retineant: idque quam minime aperte  
nec prius dimittant quam se iterum receperint. Et iam collegæ eius uenerant  
Hobronichus, Lysiclis & Aristides Lysimachi filius: nuntiantes iam iustam habe-  
re altitudinem murum: Timuerat enim ne non a Lacedæmonii ubi rem plane  
relicissent amplius dimitterent. Athenienses ut iussi erant legatos retinet. Et The-  
mistocles tunc demum adiens Lacedæmonios. Palam inquit urbem suam iam  
moris predictam esse: ita ut idonea sit ad eos qui incolunt tutados. Quod si illuc  
uelint Lacedæmonii socii ue legationem mittere: missuros in postea: itaque ad eos  
qui dignoscant quæ sibi conducant: quæque e re, p. sint. Nam quom antiquius  
uisum fuit ipsis urbem deserere: nauisque conscendere: ostendisse se sine eis hoc  
scire audere. Et quæcunque cum eisdem consultare: ea nullo postea decreto fuisse  
patefacta. Nunc autem uideri sibi antiquius urbem suam muros habere: idque &  
priuatim Ciuibus & uniuersis sociis conducibilius fore: Neque enim fieri posse  
ut ab inæquali facultate æqualiter ac similiter in medium consulatur. Itaque oportet  
tere aut omnes Ciuitates confederatas carere muris: aut eos sentire hos quo-  
que recte factos esse. His auditis Lacedæmonii indignationem in Athenienses  
non illi quidem præ se tulerunt. Non enim ut uetarent: sed ut quodammodo in  
comune consilium darent legationem miserant: præsertim adhuc propensi in  
amorem Atheniensium propter singulare illorum aduersus Medos studium. Ta-  
men quæ hæc eos spes frustrata esset tacite infensi erant: ita utrorum legati citra in-  
cusationem domum reuerterunt. Atque hunc in modum Athenienses Urbem exi-  
guam intra tempus muro cinxerunt. Et inditio est etiam nunc ipsaque structu-  
ra properato fuisse factam. Nam fundamenta plurimariorum lapidum: & alicubi  
non coagmentatorum iacta sunt: atque ut quæque offerebantur saxa multa etiã  
ex monumentis laborataque sunt congesta: maior enim murus quam pro ma-  
gnitudine Ciuitatis ducebatur: eaque propter omnia mouentes labori pariter in-  
cumbant. persuasit præterea Themistocles: reliqua pirea ambiri iam antea in-  
choata quo anno ipse Atheniensibus prouidisset: existimans tum ipsum locum co-  
modiore fore: tres suapte natura portus habentem: tum ciues fieri nauticos ma-  
gnopere proficere ad potentiam ampliandam. Quippe primus ausus est dicere  
mari resili posse: statimque moliri cepit. Cuius consilio athenienses extruxere  
morum circum pirea: qui nunc quoque demonstratur eius latitudinis: ut per eum  
duo plaustra lapides comportantia e regione præterirent. Inter neque frustra la-  
pidum inerant: neque lutum: sed saxa grandia ad normam incisa coagmentataque  
& quæ exteriora erant ferro inuicem plumboque ferruminata. Altitudo fere di-  
midiotenus absoluta est: eius quod ille destinauerat. Destinauerat enim ut celsi-  
tudo ipsa latitudoque arceret hostiles incursus paucorum hominum eorumque  
imbecillissimorum suffectura custodia: cæteri autem naues conscendere. Nam in re  
nauticam præcipue incumberebat: intelligens ut mea fert opinio regiarum copia  
rum aduentum: mari quam terra uehementiore futurum: ac pirea magis quam  
superiorem urbem expedire. Adeo sæpenumero athenienses e adhortatus si quã-  
do a terra urgerentur ut in huc descenderent oibusque re nauali resisterent. Et athe-  
nienses quidem ad hunc modum cum alia munierunt: tum muros extruxerunt. Stati-  
a discessu medorum. Pausanias namque Lacedæmonius Cleombroti filius: græcorum  
dux cum xx. nauibus ex peloponneso dimissus est: quæ comitatae sunt xxx. Atheniensium

19  
Aristides Lysimachus

ferruminata

Pausanias



2  
naues & alia sociorum per multæ ingressuq; hostiliter Cyprum multa eius oppi-  
da subegerunt. Deinde profecti Bizantium a Medis occupatum obfederunt hoc  
duce. Quo iam facto imperiosiore cum alii græci tum præcipue Iones ac quicq;  
recens regio dominatu liberati erant offendebantur. Itaq; aditis Atheniensibus  
postulauerunt ut pro necessitudine quæ inter eos esset se duces ipsis præberent;  
nec Pausaniam uolenter agere sinerent. Athenienses hæc uerba approbantes p-  
spiciebant; tanq; uoluntatem eorū non neglecturi; ubi cætera constituisent quæ  
admodum sibi optime uideretur. Interea Lacedæmonii Pausaniam accersunt de  
iis cognitari quæ audissent. Et enim multa eius in iustitia a græcis aduenientibus  
deferebatur: potius q̄ eum uideri tyrannum agere q̄ ducem. Euenit ut eodē  
tempore ille accerseretur: & ipsius odio socii ad Athenienses transfirent: præter q̄  
ex peloponneso milites. Reuersus Lacedæmonia non nullarum priuatim iniuria-  
rum conuincebatur: maximis autem criminibus absoluebatur. In simulatus est  
autem non impostremis; q̄ cum Medis sentiret: & uidebatur manifestissimū eē:  
nec ob id eum amplius pro duce miserunt: sed Dorcen, Cuncq; eo alios quosdam  
non magnum exercitum habentes qui cum ad ipsos solitum non deferrent im-  
perium: socii re cognita abierunt. Postq̄ eos Lacedæmonii nullos sibi mittendos  
esse censuerunt: ueriti ne ii quos mitterent sibi deteriores fierent: id quod in Pau-  
sania perspexerat. Eo quidem magis q̄ & defungi medico bello cuperent & exi-  
stimarent Athenienses: tum satis idoneos duces esse: tum sibi ut illo tempore ami-  
cos: accepto hac ratione Athenienses principatu: libentibus propter odium Pau-  
saniae socii statuerunt: quas pecunias quasq; naues æquum esset præbere Ciuita-  
tes ad regium bellum per spetiem reddendæ calamitatis: quam passi erant ue-  
xandis inuicem bello regis prouintiis. Tunc primum græciæ rarij profecti sunt:  
instituti ab Atheniensibus qui tributum reciperent. Sic enim appellata est pecu-  
niarum collatio. Primūq; tributum constitutum quadringentorum sexaginta ta-  
lentorum: arariam eorum fuitq; delos: quo in templo cætus fiebant ac duces i-  
ter initia ex sociis erant: qui suis legibus uiuerent: & ex publicis conciliis con-  
sultarent. Hucusq; peruentum est bello & gerendarum rerum studio: iter hoc &  
medicum bellum quæ ipsi gesserunt cum barbaro: cuncq; sociis nouas res molie-  
tibus: & eos peloponneses qui in omni re semper intercedebant. Scripsi autem  
ea ab instituto sermōe egressus: ob id quod ab omnibus qui ante me fuerunt lo-  
cus: hic prætermisus est: scribentibus autem res inde medicum bellū gestas aut  
ipsum bellum medicum. Quorum Hellenicus qui ista attingit in Attica historia  
& breuiter meminit: neq; diggestis sane temporibus: Præterea q̄ principatus Athe-  
nensium quemadmodum sit constitutus demonstratur. Primum quidē Eionē  
quæ est ad strymonem medis tenētibus expugnauerunt diripueruntq; duce Ci-  
mone miliadis filio. De hinc Scyrum in Aegeo insulam: quam incolebant do-  
lopes diripuerunt ipiq; coluerunt. Fuit eis & cum Carystis sine alijs Eubojs bel-  
lum tandemque in deditionem redegerunt. Post hæc cum Flaxiis qui defece-  
rant bellum gesserunt oppugnandoque eos subegerunt. Prima hæc sociarum ci-  
uitatum præter constitutum in seruitutem redacta est. Mox & alia ut quæque  
contingebat. Defectionis autem causæ cum alia fuerunt: tum uel præcipue tri-  
butorum ut causabantur penuria nauiumque & si quis in militia desertor exi-  
tisset. Nam exacte agebant Athenienses erantque acerbi in adigendis hominibus  
Erumnarum infuetis eaq; recusantibus & alioquin nō iam ea quæ consueuerat  
comitate imperabant: neque ex æquo militabant: quippe qui facile possent eos

Atheniij profecti

1  
subigere qui defecissent: Cuius rei causa illi ipsi extiterant socii. Nā propter hæc  
militandi pigritiam: pleriq; ne domo abessent constituerunt nauium loco p por-  
tione pecuniam soluere. Ex qua solutione Atheniensium quidem res naualis ad  
aucta est. Ipsi uero cum desciscabant bellum & imparati & inopes suscipiebant.  
Cōmiserunt post hæc Athenienses sociiq; cum medis prælium & pedestre ad flu-  
men Eurymedontem in Pamphilia & nauale atq; in utroq; & eodem die uicerunt  
duce Cimone Miliadis filio captis corruptisq; omnibus ad ducentas phœnicū  
triemibus: aliquantocq; post tempore contigit ut ab eis deficerent. Thasii indi-  
gnatione contracta ob emporia quæ in aduersa Thracia cum aliarum rerum: tū  
metalli ab illis fiebant: Athenienses eo nauibus profecti thasios pugna nauali ui-  
cerunt: in terramq; descenderunt: missis quoque sub idem tempus ad strymona  
decem milibus colonorum: tum suorum: tum socialium tanq; uolentes habitare  
oppidum quod Edoni tenebant: tunc decem uias nunc amphipolim appellatū  
illo quidem potiti sunt. Sed progressi i mediterranea Thracia ab ipsis thracibus  
quibus infestum erat id oppidum si incoleretur apud dranicum edonicum oēs  
sunt interempti. Thasii uero prælio uicti & abfessi Lacedæmonios in auxilium  
uocauerunt: hortantes ut ad se tutandos atticam inuaderent. Quod se facturos  
illi clam atheniensibus receperunt: ac fecissent nisi prohibiti fuissent terremoto.  
Quo tempore & mancipia ex finitimis Thuriaræ Etھےsq; Ithomē aufugerunt.  
Erant autem mancipiorum pleraq; ab antiquis illis Messenijs tunc in captiuita-  
tem ductis oriunda: eoq; Messenijs omnes uocabatur. Itaq; aduersus eos qui Itho-  
mæ erant bellum suscipere Lacedæmonii: Thasii tertio q̄ oppugnari cœpti sunt  
anno. Atheniensibus se se dediderunt muris dirutis: nauibus traditis pecunijs in  
præsentiarum quidem quanti pendi debebant: solui iussis in posterum reliquis:  
relicta eis continente ac metallo Lacedæmonii bello quod gerebant cum iis qui  
erant Ithomæ in longum eunte euocauerunt cum alios socios: tum uero Athe-  
nienses pro ut & ierunt: Cimone duce non exiguis cum copijs: ob id autem ma-  
xime euocati q̄ præcipui uidebantur: in pugna murali q̄q; constabat diutina in  
obsidione ista re opus esse atq; ita ui oppidum capi posse: q̄ & fuisset. Verum ex  
hac primum expeditione inter Lacedæmonios Atheniensesq; dissensio palam fa-  
cta est. Lacedæmonii enim quom oppidum ui non caperent reformidarūt Athe-  
niensium tum audaciam: tum ad res nouandas animum: simulq; suspicantes ne  
quid peregrini si permanerent ab iis qui Ithomæ erant sollicitati molirentur no-  
ui solos hominum sociorum dimiserunt suspicione dissimulata tantum negan-  
tes se illorum opera amplius egere. Athenienses haud nescientes non se meliore  
causa missos fieri sed suspitione aliqua grauiter acceperūt: nec ita de Lacedæmo-  
nijs meritos se esse existimantes ut ista paterentur cum primum reuersi sunt so-  
cietatem soluerunt cum Lacedæmonijs medico bello contractam: inieruntque  
eam cum argiuis illorum hostibus: & iter utrosq; aduersus thessalos quoq; ictū  
est foedus. Porro ii qui intra Ithomē erant decimo demum anno cum iam impa-  
res essent oppugnantibus acceperunt a Lacedæmonijs oblatam cōditionem: ne  
eum ex peloponneso sive publica excessissent: ipsi ulterius regressus  
esset: si qs dephenderet seruus fieret capientis. Erat autem redditū Lacedæmo-  
nijs oraculum quoddam pythium anteq̄ supplex Iouis Ithomita abeat. Exeuntes  
eos una cum liberis, & uxoribus athenienses odio iam Lacedæmoniorum exce-  
perunt: & in nauactō quam nuper infestam a locris ozolis ceperant: collocaue-  
runt Megarēses quoq; a Lacedæmonijs ad athenienses defecerūt: q̄ a Corinthijs  
c

167  
Eurymedo. fl  
Cimon dux

Strymon  
Edoni

Nouē die mic. an  
phipolis

Ithome

Inaruis phammethici

de terminis contententes bello uicti essent. Tenueruntque Athenienses Megara & fontes ingentesque extruxerunt Megarensibus muros ab urbe ad Niseam eosque ipsi tuebantur. Unde primum Corinthiis non mediocre in Athenienses odium conflatum est. Inarus autem libyus phammethici filius libyorum rex qui sunt aegypto finitimi ex urbe Maria: quae est super pharum profectus: effecit ut ad se pleraque Aegyptus ab rege Artaxerxe deficeret. Moxque athenienses ad belli societatem asciiuit: tunc forte apud Cyprum in expeditione agentes ducentis cum nauibus tum suis tum sociorum. Illi relicta Cypro se illuc contulerunt & a mari in Nilum nauigantes flumine ipso: & duabus Memphidis partibus potiti sunt: ad tertiam quae uocatur albus murus cum iis bellabant: qui intus erant Medis persisque qui eo fugerant. Et aegyptiis qui cum aliis non rebellauerant. Item egressi nauibus athenienses in Haliam cum corinthiis Epidauriisque commissa pugna a corinthiis uicti sunt. Posteaque Cecryphaleam nauali cum peloponnesibus praelio uicerunt. Moto autem post haec aduersus Aeginetas bello igens inter hos ad Aeginam extitit pugna naualis cum suis utrosque sociis: uictoriaque penes Athenienses fuit captis hostium septuaginta nauibus: qui egressi in terram urbem oppugnare coeperunt: duce leocrate Scribi filio: Peloponneses de hinc Aeginetas asserere uolentes trecentis primum armatis: corinthiorum epidauriorumque Aeginam auxilio transmissis promontoria Geranae occupant. Necnon corinthii cum sociis in agrum Megaricum descendunt: existimantes non futuros pares Athenienses tutandis Megarensibus absente tum apud Aeginam: tum apud Aegyptum exercitu: & si hos tutari uelint: ab Aegina decessuros. Athenienses exercitum quidem ab aegina abduxerunt: sed qui reliqui erant ex ciuitate uel prouectioris: uel in euntis aetatis duce Myronida Megaram profecti sunt: pugnaque commissa cum corinthiis aequo Marte discessum est: utrisque in ea re non peius actum esse secum existimantibus. Athenienses tamen ut qui uicissent: magis abeuntibus corinthiis trophaeum statuerunt. Corinthii male accepti a senioribus suis: qui in urbe erant: post duodecim ferme dies instructi uenerunt: e regioneque trophaeum & ipsi stauerunt tanquam uictores. At uero athenienses e Megara cum uociferatione procurrentes: eos quidem qui trophaeum sistebant interemerunt. Cum ceteris autem congressi superarunt: illi superati abierunt. Quorum pars quaedam non exigua rapide fugiens cum itinere deerraret incidit in priuati cuiusdam praedium magna fossa intercedente imperium. Quo cognito Athenienses oppositis a fronte armatis eos abire prohibuerunt: circumdataque leui armatura: omnes qui introierant lapidauerunt. Quae plaga corinthiis ingens fuit: Caetera turba expeditionis domum eis reuersa est. Circa illa tempora & Athenienses orsi erant longos ad mare muros extruere: Alterum phalerum alterum Piraea uersus. Et phocenses in expeditione agebant contra dores Lacedaemoniorum metropolim Bion: Cyturion: Erineon. Cumque unum ex his oppidis cepissent Lacedaemonii duce. Nico mede Cleobroti filio pro Plistynaeste Pausaniae Regis filio adhuc puero auxilium doribus tulerunt cum mille quingentis armatis sui corporis: sociorumque decem milibus urbeque in deditionem a phocensibus recepta: reuertebantur quos mari si consilium eis esset per sinum crissaeum transmittere Athenienses praeter nauigantes prohiberi erant. Nam per geraniam haud tutum sibi transitum putabant: tenentibus Megara & fontes atheniensibus difficilem alioquin ad transeundum: & semper atheniensium praesidio infessam & qua senferant se ab illis prohiberentur iri. Visum est itaque eis apud Boetios subsistendo dispicere quonammodo

1  
tutissimi transirent: non nullis etiam Atheniensium ipsos clam inducibus: qui sperabant democratiam id est statum popularem tolli posse: & muros qui edificabantur. Aduersus hos prodierunt omnes cuiuscumque aetatis athenienses & arguorum mille: ex quo omnibus fere aliis sociis numero quattuordecim milia: tum rati hostem nescire qua abiret: tum suspicati illum tendere ad subuersionem democratiae: Accesserunt quoque ad athenienses ex iure Commilitii equites thessalorum qui tamen in re gerenda ad lacedaemonios transierunt. Commisso apud tanagram Boetiae praelio: Lacedaemonii sociisque uicerunt: & utrinque ingens facta est strages. Et lacedaemonii agrum Megarensis ingressi: caesisque arboribus retro per Geraniam & isthmum domum redierunt. Athenienses altero & sexagesimo a pugna die exercitum in Boetios duxerunt duce Myronida & praelio in arbutis in toto Boetios uicerunt: Boetiaque plaga ac phocide potiti sunt: murosque Tanagrensium demoliti & Locrensiu opuntiorum locupletissimos centum uiros obsides acceperunt: suosque ipsorum longos muros absoluerunt. Post haec aeginetae ad athenienses deditionem fecerunt deiectis muris: traditis nauibus imposito in posterum tributo. Ad haec circuecti Peloponnesum Athenienses: duce Tolmida Tolmei filio Lacedaemoniorum naualia incenderunt. Chalcidem corinthiorum oppidum coeperunt. Sicyonios in ipso in terram egressu congressi uicerunt. Adhuc apud Aegyptum manentibus atheniensibus illis atque sociis: quibus & ipsis multifaria bella contigerunt. Iam primum ubi potiti sunt Aegypto Athenienses: misit Rex Lacedaemona cum pecuniis Megabazum genere persam: ut Peloponnesibus pecunia persuasus Atticam inuadentibus sumoueret ab aegypto Athenienses. Quod ubi parum procedit frustra: pecunia absumpta quod reliquum erat Megabazus rursus in asiam retulit: mittit Megabazum Zopyri filium: uirum persam cum in genti exercitu: qui terrestri profectus itinere aegyptios ac socios praelio uincit: ex memphide graecos eicit ad extremum in profopide insula concludit: ibique annum solidum ac dimidiatum obsidet: usque dum auersa alio aqua: siccatisque aluuis naues in sicco sederent: & ex magna parte insulam faceret continentem: quam cum peditatu transgressus cepit. Ita rex graecorum sex annis bello gesto perierunt: paucique ex multis peragrata libya Cyrenem peruenientes in columes fuere: plerisque absumptis atque iterum aegyptus regis ditioni concessit. Praeter amyrtum in palustribus regnantem. Hunc propter uastitatem saltus palustris expugnare nequiverunt. Cum praesertim Aegyptiorum pugnacissimi sunt saltum illum incolentes. Inarus tamen libyorum rex harum omnium in aegypto rerum auctor: per proditionem captus in crucem actus est. Atheniensiumque atque aliorum sociorum: quinquaginta triremes: quae successurae in Aegyptum nauigabant: appulsae sunt ad medesum unum e Nili cornibus ignare prorsus rerum gestarum. Quas a terra aggressus peditatus & a mari phoenicum classis: plerasque absumperunt: paucioribus fuga retro elapsis. Hunc fecit exitus ingens illa Atheniensium sociorumque in aegyptum expeditio. Ex thessalia ab oreste item echecratide filio ex thessalia thessalium regem fugiente persuasi athenienses: ut ipsi reducerent assumptis Boetiis phocem sibusque sociis expeditionem aduersus phasalum thessaliae ierunt: & terra quidem potiti eatenus tenebant: quatenus non multum procedendo sub armis erant. Nam ab equitatu thessalorum prohibebantur urbem tamen non expugnauerunt. Et cum nihil ex iis quorum gratia expeditionem sumpserant: successissent eis in seculo negotio reuersi sunt orestem secum habentes. Nec diu post haec mille Athenienses conscensu nauibus quae ad fontes erant: tenebat autem ipsi fontes in sycione nauigauere

Tanagra

Megabazus 30

Megabazus

Cittium Cypri oppidum

runt: duce Pericle Xantippi filio: egressi:q; interrā: eos qui cōgressi sunt sicyonum pugna superauerūt. Statimq; assumptis achæis trāsmisā acarnania ad eniadas in expeditōnem ierūt. Obsessōq; sed nō expugnato oppido domū redierūt. Postea quom triennialia fœdera trāsissent inita sunt inter Pelopōneses atheniēsēsq; quinquennialia: & quom græcū bellū sustinuerūt athenienses Cypro tamē arma itule ruūt: cū ducentū suis tū sociōz nauibus duce cimone. Ex quibus in ægyptū sexaginta p̄fectæ sūt: uocatu anurtei saltuū regis. Cæteræ citriū obsidebant. Vege cimone uita defōcto fameq; exorta p̄fecta acittio: tenētēsq; cursū sup salaminem quæ est i cypro cū phœnicibus açciliibus & nauali & pedestri pugna certarūt: & utrobiz uictores domū sūt reuersi: una cū iis ex quæ ex hac classe ab ægypto redierāt. Lacedemōi post hæc bellū quod sacrū appellat sumpsērūt potitiq; templo qd' ē apud delphos delpis tradiderūt. Post quoq; discessū Ateniēsē iteg; cū exercitu p̄fecti delphos potitiq; tradidere phocēsibus. interiecto deinde tēpore cum boetiū descuissent bellū Ateniēsē orchomeno cheronæq; & aliis quibusdam boecia oppidis q̄ rebellassent itulerūt cū mille ex suo numero armatis: aliisq; que singuloz sociōz: duce Tholmida Tholmei filio. captaq; cheronia & ipōsito i ea p̄sidio cū reuēterēf fecerūt seos impetū ex orchomeno Boetiōz: cunq; his Euboioz exules ac locri & quonq; ea i unolē partiū erāt: uictoresq; Ateniensiū alios interfecerūt alios uiuos ceperūt. Cum quibus Atheniēsē transfegerūt recuperatis captiuis omnē boetiā missā fecere: in quā remigantes boetiōz p̄fugi cæteriōz omnes sui iteg; iuris effecti sunt. Neq; multo post hæc euboia ab atheniēsē defectit. Ad quā pericli cū atheniensiū copiis iam transgresso nūciatur megara descuissē: p̄sidia atheniensiū amegarenēibus esse cæsa: preter eos qui in hileā confugissēt: defecerant aut megarenēes ascitis corinthiis: Sicyoniisq; & epidauris Pelopōneses quoq; atticam inuasuros: ille confestim ex euboia copias reduxit & pelopōneses atticam ingressi eleusinā usq; ac trizone depopulati sunt: duce: Plistoanacte Pausanie. Regis filio lacedemonioz: duce: nec ulterius p̄gressi domum rediere: & atheniēsē iteg; pericle duce trāsgressi: euboia omnē subegerūt eamq; pactioibus composuerunt preter quā helneas: unde eiectis icolis ipsi eā sibi terram habuerunt. Reuersi in euboia non multo post fœdera cū lacedemoniis sociisq; tricennialia percusserunt: redditis pisea fontibus troize achæia. Hæc enim de peloponēsibus tenebant Atheniēsē: sexto aut anno cū excitatū esset i ter samios ob piranē & milesios bellum cum iam forent impares bello: Milesi Athenas profecti in samios inuēcti sunt. cū assensu quorundā ex ipsā samo priuatoz hominū nouaz regē in re. p. cupidoz. ex quo profecti samū Atheniēsē cū quadraginta nauibus statu populare cōstituerūt. sumptis obsidibus Quinquaginta samioz. liberis: totidēq; uiris quos apud lennum deposuerūt: & p̄sidio inuoposito abierunt. Ex samis aut aliquor. n. fuerūt qui nō p̄stiterant: sed incōtinētē profugerāt excomposito cōmpotentissimis ciuitatis & societate inita cum pissuthne histapsi filio qui sardibus tunc præerat: coactis septingentis auxiliariis noctu in samum trāsmiserunt. Et primum aggressi populū multitudinis uictores extiterunt deinde obsidibus suis ex lenno subtrahentis rebellauerunt. Atheniensiū p̄sidium ac principes quos penes se habebāt pissuthno donauerunt: expeditōnem etiam in miletum confestim parēntes bizantiis quoque rebellionis sociis Quod ubi acceperunt Atheniēsē cum sexaginta nauibus aduersus samum nauigarunt. Quarum sexdecimi usi nō sunt: partim incariam ad impediendas phænicum naues partim in chium aclebum ad euocanda auxilia inter habentibus

Tragiet

Quattuor & quadraginta nauibus pericle duce: cum nouem collegis ad Tragieā insulam cum Samioz Septuaginta nauibus: in quaz uiginti milites uehebantur & quæ cunctæ proficībantur a Mileto pugnarūt uiceruntq;. Et cum postea eis uenissent auxilio Athenis quadraginta ex chio & lesbo uiginti quinque naues egressi in terram pugnaq; pedestri uictores urbem obsederunt: triplici muro enā amari. Pericles sumptis ex iis qui super uenerant sexaginta nauibus: quā celerime in caunū & caria contendit: accepro illinc nuncio naues phœnicū in ipos cursū tenere. Abierat. n. ex samo quoq; stelagoras cum quinque nauibus & alii aduersus phœnicum Classē. Interea Sami repentina eruptione nauigantes caltra nullis munitionibus p̄dita inuadūt: speculatorias naues corrumpunt: cæteras quæ ob uiam uenere superant: totoq; circa mari potiuntur. Quattuordecim ferme diebus quæcunq; libuit importantes exportatēsq;. Reuerso Pericle nauibus iterum conclusi sūt: & athenis post hæc subsidio naues ad uenere cū Thucydide Agnone & phormione. Quadraginta cū Tlepolemo quoq; & Anticle uiginti: ex chio etiā & lesbo triginta. Cū quibus Sami breue quodam plium nauale fecerunt: cū que oppugnātibus impares essent: nono se se menie dederūt. diectis muris datis obsidibus: traditis nauibus pecunias quæ impense eēt certis temporibus soluturi. Conuenerunt & Bizanti ut sicut prius imperata facerent. Non multis iā hinc annis posterius gesta: quæ superius cōmemorata sunt: Corcyrensis Potidæ fiaq; & quæcunq; belli huius extitere materia uniuersā hæc quæ græci uel iterse uel ad uersus barbaz gesserunt: intra quinquaginta ferme annos gesta sūt: aditū Xerxis ad huius initium belli. Intra quos suum Atheniēsē imperium p̄pagarunt & in multum potentie processerunt. Quod intelligentes Lacedæmonii nō tamen impedimento fuerunt: nisi ad breue tēpore & iteg; plerūq; qui euenerūt nequaquā celeres ante hac ad bellum capessendū nec nisi coacti. Non nihil etiam intelstus prohibu bellis priusq; Atheniensium potentia aperte aufereret: & eorum societatem experti fuissent. Tum non ulterius tolerandū duxerunt: sed omni incubendum studio in hoc bellum quod sumerent ad illoz si possent potētia euerterent. Igitur ubi statuerunt fœderi fragos atq; iniurias esse Atheniēsē delphos ad deū cōsulendum miserunt: nunquid prestaret bellum gerere. Quibus ille ut aiunt oraculū reddidit penes bellātes puiribus uictoria fore: seq; in quid & uocatu & inuocatu auxilio futuz. Rursus accitis focus rem ad cōsiliū placuit referri: in quid bellum sumere expediret: nec ne: & cū uenissent sociōz legati: habereturq; conciliū: cæteri quidem quæ uoluerē dixerunt: accusantes plerūq; Atheniēsē & ut bellū fieret postulātes. Corinthii uero & atea p̄cati separatim singulas ciuitates ut suffragia darent debello mouēdo uerentes: ne prius potidæ euerteretur: & tūc præsentēs ultimoq; loco procedentes hanc orationem habuerunt

Oratio Corinthiorum Apud Lacedæmonios

**L**acedæmonios uiri socii tanq̄ nec ipsi decreuerint: bellum gerendū iā desinamus icusare: cū nos ad hoc ipsū cōgregandos putauerit. Debēt .n. ii q̄ præsit sicut i cæteris honore cūctos antecellunt: sic res priuatas æquabiliter distribuentes in commune prospicere. Nos autem quicunq; ab Atheniēsibus dissociati sumus: non necesse habemus admoneri: ut ab eis caueamus. sed ii potius qui mediterranea nec ab emporia incolunt: ut intelligant nisi



inferiora incoletibus opem ferant: difficiliorem se fructuum perceptionem habituros: & item difficiliora subsidia quæ mare mediteraneis subministrat: nec debere: eorum quæ dentur prauis iudicibus esse tanquam hæc adipfos non pertineant: sed expectare: si res inferius coletium neglexerint: aliquando calamitatem ad se peruenturam: nec de se nunc minus quam de aliis consultari. Quominus eos oportet esse segnes ad bellum ppace sumendum. Nam grauius quidem hominum est: si non laciantur iniuria quiescere. Egregiorum autem si lacessiti fuerint pacem bello murare eosdem re bene gesta rursus in concordiam redire: neque bellorum prosperitate extolli: neque ex ocio pacis uoluptate captos pati iniuriam. Nam qui propter uoluptatem defes est iis confestim deliciae suae iocunditate propter quam segnis est: priuatur si quieuerit: & quæ frequenter successu bello utitur: hic infida ferocia in status quæ sunt cogitanda non cogitat. Multa. n. male consulta hostibus inconspicuis agentibus emendata sunt. Quin et plura quæ bene consulta uidebantur turpiter in contrarium ceciderunt. Quia nemo tali opere rem exequitur quali credulitate deliberat: sed cum fiducia certa de futuris sentimus: cum timore aut inactione deficimus. At nunc iniuriam passi nos: & multa habentes in Athenienses crimina bellum conflagramus: ubi istos ultri fuerimus in tempore finituri. In quo nos uictores fore multis decem credibile est. Primum quod hominum numero & rei militaris peritia præcellimus. Deinde quod omnes per eque ad ea quæ sunt imperata properamus. Classem autem qua illi præstant supplebimus. tum priuatis facultatibus prorata parte tum pecunia quæ in delphis est: atque olympiis. Mutuati namque pecuniam possumus: peregrinos illos nautas maiori mercede conducere. Mercenariæ enim magis quam uernaculæ sunt Atheniensium copiae: quod minus in nobiscum contingit qui plus corporibus quam pecuniis pollemus. Quod si uel una nauali pugna superent de ipsis actum est: ut credere oportet: si resistant & nos diutius rem nauicam meditabimur superiores illis futuri animi præstantia ubi eo peritiam peruenerimus. Quod. n. nos natura optinemus hoc illis nequaquam doctrina contingat. At quo illi præstant scientia id nobis est exercitatione consequendum. Pecunias quoque quæ huic rei suppetant conferemus. An uero dux nobis hoc fuerit ut cum illos socii pro sua ipsorum seruitute conferre non reculent. Nos pro inimicorum ultione: ac pro nostra salute pecunias erogemus. & certe ne is per illos ereptis ob eas ipsas male mulcemur. Assunt præterea nobis alia quoque belli gerendi uia: & imprimis sollicitatio sociorum ad defectionem: res quæ illis adimat proventus quibus præpotentia regionis illos mædificatio: & alia quæ non dum quis prospiciat. Perraro bellum eo quo euasus predicatur euadit. Multa ipsum per se præter ea quæ assunt communi scitur. In quo quis quis erecto uersatur animo tutior existit: quis irato non minus labi consueuit. Cogitemus autem si forent singulis nostrum definitibus ac limitibus communi aduersariis lites id debere tolerari. Nunc autem Athenienses cum uniuersos nos tum ad oppidatim subigendos ualidi sunt: ita ut nisi & frequentes & per regiones ac Ciuitates singulas unoque consilio eis obstiterimus: haud difficulter sint nos seperatim agentes oppressuri. Quorum uictoriam de nobis: & si auditu quoque triste est: tamen qui audit sciat nihil plane aliud asserere quam seruitutem. Quod uel oratione agitare foedum est. Peloponneso: ne dum re tot urbes ab una infestari. In quo uidemur aut merito esse: aut metu patientes degenerantes amaiorum gloria qui gratiam liberauerunt quod ne ad tutandam quidem nostram libertatem sufficimus: sinamusque Ciuitatem se efficere tyrannum cum in una ciuitate tyrannus ut tolatur postulare soleamus: signari quoniam modo ab his

Nota

i

tribus maximis incommodis eximamur. Vecordia, ignauia, Secordia. Neque tamen: ut ista nomina fugiatis excusationem prendatis: quod temeritatem deuitaueritis: plerisque perniciosam: quæ excusatio quia multos decepit contrario nomine sui accusatio cognominatur. Quamquam quid attinet quæ hactenus gesta sunt. longius quam quatenus. Nunc expedit reprehendere. expedit autem iis qui post modum mala passi sunt auxilium nos ferre: Quonia patrium uobis est per labores assequi uirtutes: nec mores imutare uos decet: quod & si non ditatis illos aliquantum atque potentia superatis: tamen iniquum sit quod paupertate partum est: id per diuitias perdere: decet cum multis decem fidenter uos ire ad bellum: tum dei responsio: qui se quoque adiutorem fore pollicetur: adiutrice et cætera gratia: partim ob metum: partim ob utilitatem. Nec ideo foedera priores rumpitis: quæ deus ipse qui nos iubet bellare censet illos esse præuaricatos: sed auxilium potius foederibus ruptis feretis: Rumpunt enim foedera non qui resistunt inuadentibus: sed qui priores inuadunt. Ex quo undique nobiscum bene agitur si bellum suscipimus. Quod si hæc quæ nos in commune exhortandi gratia dicimus certissimum est rebus & publicis & priuatis conducere. Nolite cunctari cum aliorum libertate tueri: tum uero Poridæatis opitulari qui sunt dores: & quod olim contrarium erat ab ionibus obsidentur. quonia res non patitur amplius expectationem ne palam fiat nos partim iam lædi ceteros ne idem paulo post patiamur conuentum quidem fecisse se ulcisci non audere. Vegi uiri focii uos ad hanc necessitatem deuenisse: simulque a nobis quæ optima sunt dici existimantes bellum decernite: haud quam de territi subita illius asperitate: sed pacem quæ ex eo diurna sequetur exoptantes. Nam pax magis confirmatur ex bello. At exotio non perinde periculo cæres: ne bello lacessatis. existimantes item Ciuitatem quæ se ingratiam tyrannum constituit: æqualiter constitui in omnes ita ut iam alius dominetur: aliis dominari destinet. Hanc si inuadimus subigemus: & ipsi imposteque tuti habitaturi: & grecos qui nunc seruiunt in libertatem uindicaturi. Et hæc quidem Corinthii dixerunt. Lacedæmonii uero auditis omnium sententiis: calculos cunctis qui aderat intulerunt sociis. gradatim maxima ad minimam quamque Ciuitatem. & illa frequentes debello sumendo dedere suffragia. Cætera non erat improcinctu exequi quod decreuissent ut pote imparatis. Qua propter uisum est singulos conferre quæ expedirent nec intercedere dilationem. In quo necessariæ regis apparatu non est annus insumptus: & si paulominus: donec sumpto palam bello atticam inuaderent. Hoc inter tempore legatos ad Athenienses mittunt crimina obicientes: ut quæ excusationis me bellum illis inferretur: nisi dicto audientes essent. primum iubendo tolli dei piaculum. Quod quidem tale erat. Cylon quidam Atheniensis fuit uir ueritate nobilitatis ac potens: & qui olympia uicisset. Huic in matrimonium accepta Theagenis Megarensis filia: tum Megarensium tyranni: apud delphos oraculum deus reddidit: quando maximum foret festum, iouis occuparet arcem Athenarum. Is acceptis a Theagene copiis persuasique amicis: ubi ad uenere in Peloponneso olympia arcem urbis occupauit: tanquam tyrannum acturus: illud eum maximum iouis festum interpretatus: & sibi qui uicisset olympia non nihil conuenire. An uero in attica an usquam alibi maximum festum diceretur: nec dum ille considerauerat nec oraculum declarauerat. Siquidem sunt apud Athenienses quoque dialia maximus di es festus quæ iouis Milichii uocantur extra urbem: ubi totius populi conuentu plerique non ueras uictimas immolant: sed commode assimilatas. Credens itaque Cylon se recte sentire opus aggressus est. Quo cognito Athenienses ex agris ad

finis orationis

soijs

Cylon

Theagenes

Oraculum festum iouis

c. iiii.



hos coercendos: uniuersi concurrunt: obsessosq; oppugnant. Sed diutina obfione affecti magna ex parte discessere: delegata nouem principibus custodia: & per missum quod optimum censerent esse agendi arbitrio. Tunc hi nouem principes multa sane ad rem.p.pertinentia ad ministrarunt. At ii qui cum Cylone obfidebantur: misere habebat cibo & aqua defecti. Et ipse quidem Cylon eiusq; frater fecerunt clam fugam. Caeteri uero fame consumpti non nullis iam extinctis supplices: ad aram qua est in arce sederunt. Quos surgere iussos ii quibus premissa custodia erat: cum uiderunt expirantes in templo: ne quid in eo sceleris admitterent abductos interemerunt: quosdam etiam ipso transitu: & apud precipuos deos atq; ad altaria sedentes. Vnde impii ac prophani & illi & ab eis progeniti sunt appellati: in super & ab Atheniensibus in exilium acti: nec non a Cleome ne Lacedaemone: Postea cum Atheniensibus seditione laborantibus: non modo uiui expulsi: sed etiam sublata defunctorum ossa sunt abiecta: Nihil tamen minus postea reuerterunt genusq; illoq; adhuc in Ciuitate perstat. Quod piaculum lacedaemonii exterminari iuebant utiq; ante omnia deos uicem ulciscentes. Sed scietes Periclea Xantippi filium huic piaculo affinem esse materno ex genere: credebant eo deiecto facilius sibi de Atheniensibus succedere. Non tamen tanta spe ut hoc ille pateretur: quanta ut hoc ipsum ei apud populum conflaret inuidia: quod ex magna parte hoc existeret bellum ne ille damno afficeretur. Et enim cum esset ut illis temporibus potentissimus Ciuitatis & rei Publice ad ministrarur: usque q; lacedaemoniis aduersabat: nec sinebat Athenienses succumbere: sed ad bellum excitabat. Auferunt itaq; uicissim Athenienses Lacedaemoniis: ut & ipsi piaculum ex Tenaro tollerent. Siquidem lacedaemonii aliquando a templo Neptunum a Tenaro excitatos abductosq; fugitiuosq; supplices obruncarunt. Quamobrem sibi ipsis opinantur igere terrae tremorem apud Spartam extitisse. Iusserunt praeterea eosdem tollere piaculum Palladis Chalcedoniae q; hunc in modum contingit. Postquam Pausanias aspartiaris primum reuocatus ab imperio prouinciae in Hellesponto criminibus absolutus est: Publice non amplius est dimissus: sed ipse priuatim sumpta triremi hermonide sine lacedaemoniis abiit in Hellepontum: Verbo quidem ad graecum bellum: re autem cum rege transgredi negotii: gratia quod inchoauerat: affectans graeciae principatum. Atq; hinc primum libertatem erga regem instituens: totius rei principium fecit. Cum primo aduentu post reditum e Cypro Byzantium quod Medici necessarii Regis atq; cognati tenebant: cepisset: & eos qui intus erant remissit ad regem captiuos clam: sociis: iactata illorum fuga. Adiutore in hac re Congylo eretriensi: cui curam Byzantii captiuorumq; mandauerat. Eique Congylo dedit ad Regem Epistolam in hac uerba ut postea compertum est.

Epistola Pausaniae ad Regem

**P**ausanias Spartae dux: Istos tibi quos armis cepi conciliandi tui gratia missos facio: habeoque in animo si tua uoluntas fert filiam tuam in matrimonium ducere: ac tibi Spartam: cum reliqua graeciae obnoxiam reddere. Cui rei par esse mihi uideor communicatis tecum consiliis. Hoc igitur si tibi est cordi fidelem mittito ad mare quempiam qui cum caetera colloquar. Hac demum significabat Epistola. Ex qua Xerxes uoluptatem cum cepisset misit Arthabazum pharnacis filium in oram maritimam iussu acci-

pere prouinciam diasylitem Megabata qui praefuerat: reuocato: dataq; ei Epistola ad Pausaniam: Ut eam Byzantium q; celerime mitteret: illiq; sigillum ostenderet: & si quid Pausanias de iis ipsis negotiis mandaret: q; rectissime & q; fidelissime coficeret. Ille ubi uenit cum alia quemadmodum dictum est. cofecit: tum uero Epistolam misit in hac uerba respondentem.

Epistola Regis Pausaniae Respondentis

**I**Ta Inquit, Rex Xerxes Pausaniae. & ob uiros quos mihi transmare ex Byzantio saluos esse uoluisti habetur tibi gratia: nunq; domi nostrae defendenda: & uerbis tuis gaudeo: Neq; nox te neq; dies remoueat qn sedulo agas quod mihi spondidisti nullis retardatur neq; auri argentiq; sumptibus: neq; copiis sicubi presto illas esse oporteat. Veg; cum artabazo uiro Egregio: quem ad te misi transige nihil diffusus: Vnde & meae & tuae res ex aboz dignitate: atq; utilitate optime habebunt. His Pausanias litteris acceptis: cum prius in magna fuisset apud graecos ueneracione propter imperii magnitudinem: tunc maiorem in modum animos sustulit: non sustinens modesto more uiuere: sed Medico cultu e Byzantio pdiit: euntemq; p Thraciam Mediam atq; Egyptii Satellites comitabant: Mensa quoq; ei Medica apponebatur. Deniq; cogitatione cohibere non poterat paucis actibus prodens: quae namq; in posterum maiora esset acturus: Ad haec difficilem aditu se pbebat: tanq; acerba in omnes aequaliter utebatur iracundia: ut nemo posset accedere: Ea ppter uel maxime se ad Athenienses focii applicauerunt. Quibus rebus cognitis Lacedaemonii eum obhaec ipsa primum reuocauerunt. Postq; rursus Hermonide nauis in uisu eorum profectus eandem agere notatus est: & Byzantio expugnantibus Atheniensibus eiectus spartem non rediit: sed in troadis quibusdam pagis se tenens tractare cum barbaris: nec sincere moram facere delatus est. Ita non iam cunctandum sibi amplius putauerunt: missosq; Caduceatore cum bacillo ephori idest tribuni plebis Edicunt homini a Caduceatore ne discederet: Alioquin Spartiatis bellum indicere. Ille uolens q; nunquam suspectus ee: sperasq; pecunia se criminibus absolutum iri: iterum redit Spartem. Ante oiaq; in carcerem ab Ephoris conuicitur. Licet. n. hoc Ephoris in regem agere. Mox de inde per quosdam quos corruerat Exiit: exhibuitq; in iudicium se se in simulare uolentibus. Et signum quidem euidens nullum Spartiatae habebat: neq; inimici neq; Ciuitas omnis: quo stantes Libere multarent: uirum utiq; tu regni generis tu in presentiaq; praeditu dignitate. Nam regis Plistarchi Leonidae filii ad huc pueri tutelam patruus. gesserat. Multum tamen suspicionis dabat uitae in solentia & barbarorum aemulatione: ne illis se similem esse. apud suos affectaret. Cuius cum alios actus sicubi Leges atq; instituta transgressus esset considerabat: tum q; ali quando tantum sibi tribuisset: ut in tripodem quem apud delphos graeci. Ex Medorum manibus primicias consecrauerant: priuatim hoc elegium carmen inscriberet. Postq; graecorum dux agmina Medica fudit: Phaebo Pausanias haec monumenta dedit. Quod carmen Lacedaemonii protinus e tripodem deluerunt: inscripseruntq; Ciuitates nominatim quaecumq; simul barbarum euerterunt. Hoc quoq; Pausaniae crimini dabatur: q; in ipso reatu uel multo magis abhorreere a mente hominis rei uidebatur. Quippe audiebant quiddam eum agitare cum seruis prout & erat. Spondebat enim illis & Libertatem & Ciuitatem si secum insurgerent & omnia Exequi uellent. Verum ne sic quidem nec seruorum indicis fas esse

Ephori Tribuni



ducebāt: noui quicq̄ in eum statuere: utentes quo cōsueuerāt more erga se ip̄os. ne celeres essent ad aliquid de uiro Spartiata quod ī emendabile sit: sine idubita- tis iudiciis decernendum. Priusq̄ hoc fieret quidam (ut fertur) qui postremas ad Regem scriptas Epistolas erat ad Artabazum p̄ Laturus. Vir Argilius & aliquā do ipsius Amasius idemq; illi fidelissimus: ad eos iudiciū detulit: territus ex qua dā ai cogitatioe q̄ nemo p̄sus rediret superiorē nūcioꝝ assimulatoꝝ Sigillo: ne si deceptus esset opinione: aut si quid ille rescribi postularet agnosceret: soluit Epistolas in quibus put̄ suspicabatur ad aliquid tale mittebatur: iuenitq; scriptū ut ipse occideretur. His Litteris per hūc ostensis Ephori uehementius illi quidē crediderūt: suis tamen auribus ip̄m Pausaniā audire uoluerūt: hoc hominis ma- chinamēto ut specie supplicis ad Tænarum ueniret: cōstruōtoꝝ Latibulo dupli- ci spe discluso: quosdam ex Ephoris abscondit. Qui cū ad hominē Pausanias ue- nisset cāmq; obsecrationis scitaretur: plane omnia cognouerunt: illo tū incusan- te quæ de se scripta essēt: tū referēte singula & se quē nūq̄ ministeris quæ ad Re- gem p̄nerēt adhibitum uoluisset: tamen hoc honore præ cæteris dignum pu- tauerit: ut quem admodū priores ministri periret: & isto hæc ipsa confitente & impresctiarum non sinēte irasci: sed fidem p̄ ipsum templum dante future salu- tis: Orantēq; ut q̄ uelocissime pergeret: ne quæ agēda essent ip̄ediret. Hæc quom diligenter audissent. Ephori abierunt: Planeq; rem compertam habentes com- prehendendū Pausaniā ī Vrbe curauerūt. Qui cū iā cōprehēdēdus esset: con- specto in uia unius Ephoroꝝ uultu: fertur intellexisse qua gratia ueniret: Alte- riusq; id tacito nutu ob beniuolentiā significantis: in templum Palladis Chalci- doniæ se p̄ripuisse: cursuq; cæteros præuenisse. Erat aut̄ inuicino fanum: in cu- ius ædiculā ingressus ne subditiō agens affligeretur quieuit. Statimq; qui īseque- batur affuerunt. Tum denudato tecto ædiculæ obstruōtoꝝq; ianuis illum intus agentem & interius reductum custodiētes ab atq; obsidentes fame expugnaue- runt. Eum quom iam efflaturus aiā esset: p̄ ut se habebat in Edicula ubi co- gnouerūt e fano educunt ad huc spirātem: qui eductus cūtinuo Expirauit. Eundem in fossatum īquod noxii solēt deiecturi erāt. Postea uisum alicubi īpropin- quo defodere. Sed deus qui est apud delphos oraculū post: ea redidit Lacedæmo- niis sepulcꝝ eo trāsferent ubi decessisset. Et nunc litus est ante fanū ut lapides Litteris incisi declarant. Ac tanq̄ piaculū admisissent duo p̄ uno corpora Palla- di Chalcedoniæ redderent: quod & fecerūt duabus ex ære statuīs pro Pausaniā cō- fecratis. Athenienses igiŕ tanq̄ deus quoq; piaculū iudicasset: uicissim exegerūt a Lacedæmoniis illud amoueri. At illi missis ad Athenienses legatis: Themisto- clē eiusdē cuius Pausaniā perditionis in simulāt: quod cū Medo senserit ut com- pererūt ex factis circa Pausaniā p̄bationibus: postulantq; eisdem eum affici sup- plicis. Isti fidem uerbis habentes: erat aut̄ Themistocles extorris apud ægeos ui- tam agens & per cæterā Peloponnesum cōmeare solitus: mittunt una cū lacæ- demoniis ad illum simul p̄sequendum: paratis quosdā cū mandatis ut ducerent ubicunq; eum adipiscerent. Themistocles rem p̄sentās ex peloponneso ī Cor- cyrā quo de populo benemeritus erat p̄fugit: illis uereri se dicentibus tanq̄ La- cædemōios Atheniensesq; si eū tenerēt hostes habituris. Deductus ab eis ē īoppo- sitā continentem: & p̄sequentibus iis quibus hoc mandatū erat ad rumorē: q̄ nā iret cōpulsus ē: præcerto cōsiliū ad metū Mollosioꝝ regē nō sibi bēuolū d̄- uertere: tūc forte domo absente sed ab uxore eius cui supplicē se p̄buerat: edo- ctis ut eoꝝ sūpto filio ap̄d lares sederet: nōita multo post reuerso Admeto ostē-

Pausaniæ Morŕ /

Admetus Rex malo  
Morŕ

dit quis esset: nec si quid ipse illi Atheniēsiū supplicī cōtradixisset æquū esse cenferet: sūmere pœnas de profugo: se enim nunc multo imbecilliozem ab illo lædi: q̄ ille tūc fuisset cū læsus est & generosum esse pares a paribus expetere ul- cionē: Præterea se quidem illi pro comodo quodā non pro salute laboranti fuisset aduersatū: ipsū uero si iis qui persequerentur & obeam causam traderet ho- minē salutem animæ priuaturum. His auditis Admetus eum cū suo filio: ut illum tenens sedebat erexit. Est. n. hoc maximum supplicandi genus nec lacedæ- moniis Atheniensibusq; multa memorantibus tradidit. Sed dimisit uolentem ad Regem pergere itinere pedestri ad atq; mare usq; p̄ydnam: quæ erat Alexā- dri. Ibi nauigium nactus quod in omnia iter hēbat eo conscenso tempestate de- latus est in exercitū Atheniensem: qui naxū obsidebat. Ac territus gubernatori aperit quis esset. Nam ignotus iis qui in nauī erat: q̄ fugeret & nisi ipsum ser- uer ait se dūcturum ab illo duci pecunia persuaso remedium esse: ut nemo ante confectam nauigationem nauī exeat: si aquiescat dignam se ei gratiam reddi- turum. Atq; ita fecit gubernator: & cum diem ac noctem in salo supra exercitū stetisset: postea Ephesum tenuit. Quem Themistocles Liberali pecūia profecurus est: Venerunt. n. ei post modum & Athenis ab amicis & argo q̄ superauerāt. Et cum quodā maritimoz. perlarum ī mediterrania profecus. Litteras: ad Artaxer- xem dedit Xerxis filium nuper regnare incipientem in hanc sententiam.

Artaxerxes Xerxi

Epistola Themistoclis Ad Artaxerxem

**T**hemistocles ad te uenio: qui domum quidē uestrā usq; eo p̄hibui multas inferre græciæ calamitates: quo ad patrē tuū nos iuadentem coactus sum ppulsare: Sed multo plura bona contuli. Postq̄ mihi ī- tegrō fuit: Et ille q̄ ī periculo positus iteq; reuerfus ē: hoc mihi bene- ficiū debet. Scripserat aut̄ ex salamine Themistocles illi ut occuparet reditū: & Pontium quam tunc falso futuram propter eū simulauerat solutionem. Et nūc magno tibi emolumento futurus ad sum: p̄sequentibus tibi me græcis ut tibi ami- cum. Constitui aut̄ annum hic subsidere: ut ea tibi demonstrē quorum gratia uenio. Rex admiratus ut aiunt illius p̄positum ita agere iussit. Hic intra annum quo moratus est: quicquid disci potuit & lingue & consuetudinis persicæ didi- cit. Ex actoz. anno ad regem se contulit: effectusq; ē apud eum magnus & quan- tus nemo unq; græcoꝝ: tū propter pristinā hominis dignitatē: tum propter sp̄e quam proponebat ei græciam subiiciendi: maximeq; q̄ specimē sui dabat ut so- lers uideretur. Fuit nanq; Themistocles qui uim ingenii sui uadissime signifi- caret & in hoc multo magisq; quiuis alius admiratione dignus: natura solers neq; precedēte ulla: neq; accidente doctrina ad subditos casus præsentissimi consi- lii futurorum optimus plerunq; coniector: eorumq; inter manus haberet: effi- cax administrator: quoꝝ esset inexpertus ab iis cōmode iudicandis nō alienus. in rebus ad huc ambiguīs: quid melius petus ue foret præcipue prouidens: deni- q; in omnibus dicendis: tum naturæ beneficio: tum consilii celeritate præstan- tissimus hic eoꝝ q̄ oporteret explicator extitit. Morbo aut̄ correptus uita defū- ctus ē. Quidā aut̄ eū sp̄ote ēt ueneno decessisse: de sepātē posse p̄stare quæ Regi spondidisset: Itaq; monumentum eius apud Magnesiā asiæ in foro osten- ditur. Nam huic regioni p̄fuit A rege sibi datæ Magnesiæ quidem obpanē quæ quot annis quinquagena pendebat talenta. Lampŕaco autem obuinum: putabatur

Virtutes Themistoclis

Themistoclis Morŕ /



enim tunc ea vini ubertate prestare: Myunti uero propter obsonium. Ossa eius dentur a propinquis domū reportata ipsius iussu: Clāq; athēiēsis in attica fuisse humata. Neq; n. fas erat: pditionis reū sepeliri. Nunc exitum habuerūt Paufant as Lacedaemonius & Themistocles Atheniensis apud suos uterq; grācoꝝ nobi lissimū Lacedaemonii cum in prima legatione ista iussissent: inuicēq; iussi essent de piaculis tolledis iterū aditis Athēiēsis iubēt restitui Potidæatas: & Egria suis fini uiuere legibus & sup oia negāt aptissime bellū fore: si decretū de Megarēsis illi reuocet; quo Megarēsis iterdictū erat portibus: i Athēiēsi ditioe & foro in Attica Atheniensis cū in cæteris: tum uero indecreto reuocando nō parendū esse censuerūt. Dantes crimini Megarensibus q̄ exercebant sacrum solum & indefinitum: q̄ fugitiuos receptarent: Ad extremum uenerunt Lacedaemone legati Rhaphius Maleippus & agelandrus nihilq; ex consuetis dixerunt nisi hæc. Lacedaemoni pacem uolunt esse: fuerit aut si grācos liberos dimittatis. Conuocato concilio Atheniensis: factaq; i mediū consulendi potestate uisum est semel de omnibus respondendum. Et alii multi procedentes in utrāq; partem diserebant uel oportere summi bellum uel non oportere: nec illo decreto impediri Pacem sed esse reuocandum. Tum procedens pericles Xantippi filius uir ut illis temporibus primus ac in dicendo & agendo prestatissimus hanc sententiam dixit

*Liba legatorum*

*Pericles . 1*

**O**ratio Periclis Apud Athenienses.

**E**T Si non me fallit Viri Athenienses non eodem ardore bellū hoies gerere quo ad id inducuntur: sed exeuntis mutare sētentia: ego tamē semper in eadem pmaneo non cedendi Peloponnensibus. Videoq; similia ac proxima iis. quæ primus mihi esse consulēda: æquū esse existimans: eos qui ex uobis meæ Sētētie assentiēt si qd preter cōmunē opinionem aduersi contingerit: illic succurrere: si hoc non contingat prudentiam sibi uendicare. Solent: in calamitates accidere nō minus temere q̄ per hominum cogitationes. Eoq; quotiens aliquid inopinatū accidit consueuimus inculcare fortunā: Lacedaemonios cum atē hac insidiatos fuisse nobis: tum uero nūc insidiari palam ē. Quippe qui ex conuentis ubi dicitur utrosq; de rebus controuersis offerre inuicem: & admittere iudicium obtinentes que tenebant: neque ipsi postularunt iudicium neq; nos dantes receperūt: q̄ uidelicet bello malunt dilui crimina q̄ uerbis. Nec iam ad postulandum: sed ad imperandum præsto sunt: iubētes ut a Potidæa decedamus. Eginam liberam sinamus esse. decretum in Megarenses anti quemus. Hi postremi q̄ uenerūt p̄cipiūt ut grācos suis legibus dimittamus. Ne quis tamē ueltrum de exigua re bellum fore arbitretur: si decretū nō ad antiqua uerimus de Megarēsis quod illi maxime prætendunt si antiquetur bellū nō fore. Ne uos quidem cōmittatis ut quasi exiguam ob rem bellū susceperitis. Nā hoc exiguū oium continet firmitatē nostre sētentia: q̄ si illis. cōcesseritis: prius aliqd aliud maius imperabitur tanq̄ ad obsequēdū metu ad actis. At si semel eis acriter abnueritis: redditis illi faciliores ad loquendum ex æquo uobiscū. Atq; hoc reputate uobis aut ob tēperādū illis atēq; aliqd cladis accipiat: aut quod mihi satius uidet bellādū: nullo seu magno seu puo p̄textu cedētibus: nec cū metu q̄ acq̄siuimus possessuris. Nā simili rōne possēt merito p̄ximis

quibusq; eandem seruitutem inducere ante iudicium siue grauissima siue leuissima eoz; imperata. Si uero bellū extiterit saluis suis utriusq; partis uiribus: cur non peiore conditione futuris firmus: cognoscite ergo sigillatim omnia audietes. Iam primū Peloponenses operarii hoies suur pecunia neq; publice neq; priuatum habētes. Deide belloꝝ diutinorū maritimorūq; iperiti: quia exiguū præinopia in medium conferūt Atq; huius cemōi homies nō sæpe aut naues implere possunt aut pedestres exercitus emittere: q̄ abire familiarī suut absentes pariter & ab sumentes. Adde si mari intercludantur cū bella magis sustineāt: facultates & copia q̄ uolente collationes: operarii homines p̄tiores sunt ad bellandum corporibus q̄ pecuniis: pro certo habentes illa quidem e periculis euasura: has autem quominus ante finem belli errogent non posse recūfare. Prefertim si diuturnus opinione sua ut credibile est fuerit bellum. Nāq; Peloponnēses & socii inuicē quidem prælio pares fuerūt omnibus grecis: i bello autem ipares iisq; essēt instructiores: quia non uno concilio utētes extēplo quod agendum est ac repente peragūt: & cum insuffragiis dandis sint omnes equales: gēte dispares uo quisq; cōmodo uacant: ex quo nihil p̄fecti efficit sueuit: alius puniri quēpiā maxime uolentibus aliis absumi rem domesticam maxime nolentibus. Et cum in conciliū cunctanter coeāt: breui momento de rebus cōmunibus deliberāt: maiore temporis parte rem familiarē administrant nemine opinante rem publicam suam unius negligentia ledi: sed pro se cuiuspiā alteri cure fore ista p̄picere. Hoc cum singuli opinentur Latet eos cōmunē bonū ab oibus perdi. At quotiens his rebus sedulam curam adhibere uolunt: id facere p̄hibentur pecuniæ penuria: Cum tamen belli tempora hoc dum fiat non expectent. Neque est quod uallo murali illorum aut classe tereamur. Nam muro quidem urbem quanta hæc est uallare uel in paccato arduum sit ne dum in hostico: tam & si non minus & nobis licet uicissim muros extruere in illorum solo. Quod si muro illi p̄sidium imposuerint nocebitur quidē nobis: tū excursionibus in aliquā partē agri: tum hominum ad illos trassugis non tamen sufficient ad nos p̄hibēdos quin in suā terram transgressi illic ædificemus: & quo genere antecellemus. Classe nos defendamus. Qui certe exusu rei naualis plus peritie habemus ad pugnam terrestrem q̄ ipsi exusu militiæ terrestri ad pugnam naualem. Nec facile est illis rei nauticæ gnaros euadere. Nā cum nos a bello medico id exercentes: non tamen cito consecuti fumus: quo tandem modo uiri telluris. non maris cultores: Et pretere rea assidue classis incursionibus in hoc assuescere. p̄hibendi conficiant quippiā alicuius momenti. Atq; aduersus paucorum impetum quis imperiti: tamen freti sua multitudine periculum fortasse capesserent aduersus multas undiq; ingruētes id facere superfedebūt: ac ipa defuetudine imperitiores futuri & quod cōsej quens ē. in ertiores. Genus artis est ut quilibet aliud res nautica nec que tempore succisuius cōtingat: sed potius i qua exercenda nihil succisuii t̄pis relinquatur. Quod si amota Olympicoꝝ aut e Delphis pecunia sollicitent maiore mercede nautas p̄tios a nobis cōductos: id uero ægre facerēt et si ipsi neq; hostes nobis essent: & cum suis incolis nauigarent. Nūc aut hostes fumus: quodq; ualidissimū est gubernatores habemus nostros populares aliosq; ministros: & plures & meliores quam reliqua omnis grācia: Neq; quisquam hoc in animum iducat periculū subesse ne nostri mercenarii milites hinc ad illos transfugiant minore cū spe: ut pote ob maius quidem stipendium: sed ad paucos dies: Et hæc sūt & his similia que mihi de peloponnensibus uidentur dicenda: ista de nobis

*De q̄litate rei nauicæ*



nos eorum quæ illis obiicimus imunes & alia egregia habere quæ illi nō habēt: Qui si nostram terram inuaserint nos illorum uicissim cum classe inuademus: non ex æquo futura iactura nobis partem peloponnesi uastantibus: & illis oīum Atticam: quoniam non alia superest illis regio bello libera: ut nobis qui multum præterea terræ & insulis & in continente optinemus. Magna enim res est maris imperium. In quo animaduerrite. Si enim insulani in aliqui essemus: essemus inexpugnabiles. Cui rei nunc animo proxime accedentes debemus terram cū sub urbanis pro relicta habere: maris autem ac urbis custodiam agere: nec cum peloponnesibus ob suos agros uastatos irascentibus qui multo sunt plures consere pugnam. Qui superiores si euaserimus: rursus ab inferioribus non oppugnabimur. Si quam autem in pugna cladem acceperimus: subsidia ex sociis unde nostrum robur existit perierint. Neque enim socii nostri quiescent iam nobis ad se cum exercitu inuadendos inualidis. Nec uillas & agros qui amittuntur decet nos deplorare sed corpora. Non enim possessiones uiros: sed uiri possessiones nanciscuntur. Adeo si crederem me uos persuasurum suadente ut ipsi ad illas uastatas processeritis: ostenderitisque Peloponnesibus uos eis ob istas non esse obtemperaturos. Alia insuper multa habeo quibus uictoriæ uobis spem faciam si uoueritis: & propagandi imperii si huic non bello pariter & aliis quæ debemus ultro suscipere uacauerimus. Nā magis uereor domestica nostrorum peccata quæ aduersariorum cogitata. Verum ista quæ sint alia oratione cum tempus rerum agendarum adierit a me explicabuntur. Nunc autem legatos cum hoc responso dimittamus. Megarensibus nos non interdicare foro & portibus dum & Lacedæmonii non interdicit usu urbis suæ peregrinis: ut nobis sociisque nostris: quia sicut illud quod ipsi faciunt: ita quod nos impedimento non est foederibus seruandis. Ciuitates quoque liberas sinere: si modo liberas cum foedera inita sunt habuimus. Et si illis ciuitatibus suis reddant ut sic liberæ sint: ne in re publica administranda Lacedæmonia instituta sectentur: sed suis legibus uiuant & pro suo quæque arbitratu. Quinetiam uelle nos ex conuentibus iudiciorum adire complexu nec bellum moturos: sed motū nobis propulsaturos. Hæc enim sunt iusta pariter & decora huius ciuitati quæ respondeantur. Simulque nos intelligere oportet tum necesse esse bellum geri: quod si uoluntarii potius susceperimus minus infestum hostem habebimus tum e maximis quibusque periculis: maxima perinde opere præterea & publice & priuatim securura. Itaque patres nostri Medis obuiam euntes: non ex tanto quanto nos sumus præditi imperio: imo relictis rebus quas possidebant & consilio potius quam fortuna: & præstantia maiore quam uiribus barbarum repulerunt: & huc usque imperii progressi sunt. Quod nequaquam deserere debemus: sed omni ope & hostibus resistere: & conari ut hoc posteris non imbecillius tradamus. Pericles quidem hæc locutus est. Quem Athenienses optime consuluisse existimantes: in ipsius sententiam decretum fecerunt: & ex eius oratione Lacedæmonii responderunt sigillatim: ut ille docuerat: in summa nihil ex iis quæ iuberentur se esse facturos: paratos tamen in iudicio æquabili atque communi diluere obiecta. Et illi quidem domum redire nulla postea legatione missa. Hæc autem causæ discordiæque inter utrosque ante bellum extiterunt: incepte statim ab iis quæ in Epidamno & Corcyra sunt acta. Nihil tamen minus inter has discordias commercia inter se habebant: sedque mutuo adibant: citra caduceatores quidem: sed non citra suspicionem. Nam ea quæ fiebant perturbatio foederum erat ac belli materia.

Opere præterea securura

THUCYDIDIS HISTORIARVM PELOPONNENSIVM LIBER. II.

**H**INC iam initium sumit inter Athenienses Peloponnesesque & utrorumque socios: bellum quod & nullo iuicenti commercio citra Caduceatorem & nulla ex quo cepit intermissione gestum est ordine scriptum: ut singula quæque æstate atque hyeme sunt acta. Nam quattuordecim quidem annos tricennalia foedera quæ post debellatam Euboiam inita fuerant durauerunt. Quintodecimo autem anno sub Chryside tunc apud Argos duodequingagesimum sacerdotii annum agente: & Enesio apud Spartam ephoro & Pythodoro iam altero mensem Atheniensibus præsidente: Sexto mense a pugna apud Potidæam commissa ineunte uere: Thebanorum quidam paulo plures trecētis ducibus Boetiorum primoribus: Pythagelo Phylide: & diemporo onetoride filio: Primum circa somnum cum armis ingressi sunt Plataeam Boetiæ Atheniensium sociam. Quibus portas aperuerunt iudem qui eos induxerant uiri Plataenses. Naucledes & qui cum eo uoluntarii erant priuatæ potentiæ gratia: Cuiusque sibi inimicos destruendi & urbem tradendi Thebanis. Egerunt autem hæc per Eurymachum Leontiade Thebanorum potentissimum. Et etiam Thebani prouidentes utique bellum fore: statuerunt Plataeam semper ipsis infestam in pace nondum moto palam bello intercipere: Quo facilius isti ingressi nulla dum posita custodia latuerunt: positique in foro armis non crediderunt iis qui se deduxerant: ut re exequerentur & ad domos inimicorum tenderent: sed decreuerunt mitibus uti edictis: & in concordiam amicitiamque adducere. Ciuitatem sperantes hunc in modum facile populum concessurum. Itaque Prætor edixit: si quis uelit patrio Boetiorum instituto esse in belli societate poneret apud ipsos arma: Plataenses ubi senserunt intus esse Thebanos: ac repente captam urbem suspicantes: timētesque ne multo plures uenisset: (nō enim per noctem uidebant) conditionem acceperunt: habitisque colloquiis quieuerunt: præsertim cum nihil in quempiam noui tentaretur. His actis animaduerrunt non multos esse Thebanos: ne magno negotio si inuaderentur posse superari. Nam populus Plataensis ab Atheniensibus deficiebat inuitus. Visa igitur eis est res esse temptanda. Suffossisque communibus parietibus ut peruii essent: ne per uias comēantes se proderent congregantur: ac plaustra iumentis libera in uis statuunt: ut uicem muri præstarent: itemque cætera construunt pro ut quicque in utilitate præsentis fore uidebatur. Cum pro facultate parata sunt oīa nocte etiam in custodiis acta: lamque ipso aduentante diluculo e domibus in eos uadunt: ne in luce cum ferocioribus conferrent manus: & ex æquo dimicantibus sed cum iis qui per noctem timidiore: ut in urbe in experta essent ipsis imbecilliores. Ita repente irrumpentes statim ad manus ueniunt. Illi ut cognouerunt opinione decepti in se ipsos conglobabant: & si qua erumpere possent impressio nem faciebant. Cumque bis terue repellerentur: tum uero multo strepitu & ipsorum inuadentium & mulierum domesticorumque pariter a domibus clamantium ululantium: & lapides ac tegulas iacentium: ad hæc pluuia quæ multa nocte illa fuerat terrebantur: ac dantes terga per urbem fugiebant: plerisque ut in tenebris & in ceno ignaris quæ uia peruiæ forent qua seruari se oporteret.



Nam tunc in fine erat mensis & quominus possent effugere. gnaros persecutores habentibus: Ex quo per multi conficiebantur: Et quidam Plataensium portas per quas intrarant: quæ solo periebant spiculo pro ueste in seram traiecto obserauit. Ut ne illac quidem exitus foret. Eorum qui per urbem agebantur quidam conscensis muris se ipsos foras deiecerunt: quorum plerique extincti sunt: quidam apud desertas portas data a muliere securi: Latitantes distracta sera exiere nec ii multi. Nam cito rescitum est: Alii alibi per urbem passim trucidabantur. Maxima tamen pars præcipueque qui confecti erant irrumpunt in grande ædificium muris contiguum: cuius fores erant forte aptæ: opinati ianuas esse portas: & plane illam uiam extra ferre. Eos ut Plataenses uidere comprehensos deliberabant utrum ita ut erant incenso ædificio concremarent: an alio poenæ genere uterentur. Tandem & hi & cæteri Thebanorum qui supererant per urbem Palati dediderunt sese Plataensibus: & arma arbitrato suo usuris: & ii quidem qui apud Plataeam erant ita egerunt. Cæteri autem Thebani quos iam per noctem cum omnibus copiis uenisse oportuerat. Si quid minus procederet ingressis accepto in uiam rei gestæ nuntio suppetias ierunt. Abest autem Plataea a Thebis stadia septuaginta: & aqua eius noctis fuerat remorata uenientes. Si quidem Asopus amnis fluebat multus nec transitu facilis erat. Itaque facientes iter in pluuia: & uix transmissio flumine sero uenerunt: iam suorum aliis interfectis aliis captis. Re comperta cõsultabant de inuadendis iis: qui extra urbem agebant Plataensibus. Erant namque in agris & utensilia qualia in pace cum nulla est calamitatis expectatio. Eo consilio ut si quem caperent is esset pro iis qui intra urbem: si qui modo uiui supererant. Adhuc his deliberantibus: suspicati Plataenses aliquid huiusmodi futurum: sollicitique pro iis qui foris essent: Caduceatorem ad Thebanos miserunt: qui diceret non sancte illos facere: qui stante foedere conati sint ipsorum occupare urbem: quod superest nihil exterius lædât alioquin se interepturos quos uiuos haberent: reddituros autem illis eosdem: si ex ipsorum agro recederet. Hæc illos Thebani aiunt iureiurando confirmasse. Plataenses pernegant se spondidisse plane reddituros continuo captiuos: & habito prius cum Thebanis colloquio iusiurandum non interposuisse. Igitur thebani ex illorum finibus nulla cõoffensione reuersi sunt: Plataenses simul ac ex agris raptim omnia comportarunt: uiros interemerunt. Erant autem Captiui numero Centum Octoginta & ex iis unus Eurymachus apud quem rem transegerant proditores. Hæc ubi egerunt & nuntium Athenas mittunt: & mortuos ex more restituunt thebanis: & urbem qua eis uisum est apud præsentis usus muniunt. Athenienses cum mature eis renunciatum esset quæ a Plataensibus essent gesta Boetiis protinus quicumque in Attica erant comprehensis: præconem Plataeam miserunt denunciatum ne quod noui in Thebanos quos cepissent ageretur: prius quæ ipsi de iis aliquid cõstituisset: nondum enim nunciatum erat quod perissent. Quippe ad ipsum statim ingressum Thebanorum nuntius primus exierat. secundus iam uictis ac captis. Ultra quæ nihil rescierant Athenienses: ita rem nescientes præconem miserunt: ille ut uerit uiros comperit interemptos. Secundum hæc Athenienses cum exercitu Plataeam profecti frumentum importarunt: relictosque præsidio inutilissimos quosque cum foeminis ac pueris eduxerunt. Hæc apud Plataeam gesta re foederibusque aperte ruptis: Athenienses se comparabant tanquam bellum gesturi. Comparabant se item Lacedæmonii eorumque socii utriusque legationes ad Regem & ad alios barbaros missuri: si quod alicunde præsidium se adepturos sperarent: utque conciliarent sibi in

Plataea a Thebis abest  
stadia 70.

societatem Ciuitates extra ipsorum imperia positas. Et Lacedæmonii quidem præter eas quas habebant negotium dederunt iis: qui ex Italia & Sicilia in partibus erant naues conficeret per magnitudine Ciuitatum: ad quingentas omnino: & certum argenti numerum pararent: cæteris intermissis nec reciperet Athenienses nisi una nauis: dum hæc omnia essent comparata: Athenienses uero tum socias Ciuitates recognoscunt: tum uel magis ad loca circum Peloponnesum Legationes mittunt Ad Corcyram ad Cephaleniam: ad acarnanas ad Zacynthum: cernentes si hæc in amicitia sint: tutius se circum Peloponnesum bellaturos. Nihil paruū utriusque agitabat animo: nec humiliter quam pro sua dignitate bellum capebant. Omnes enim inter initia flagrantius se tuentur. Et multa quæ tunc erat in Peloponneso: multa Athenis iuuentus bellum non in uita sequebatur: ut pote non experta. Et cætera græcia erecta animo erat primis Ciuitatum concurrentibus: Multa quoque Oracula ferebantur: Vates canebant: tam in his Ciuitatibus quæ pugnaturæ erant quam in cæteris. Nec non delus pagæ ante hæc tremuit: prius semper imota: duxat græcorum memoria. Dicebantur credebanturque ea quæ faciendæ erant significari: & si qua alia huiusmodi fieri contingit omnia requirebantur. At uero homines multo in amorē Lacedæmoniorum propensiores erant: præsertim predicatum se græciam in Libertatem asserturos. Properabatque pro se quisque & priuatim & publice: tum sermone tum opera ad auxilium illis prestandum: Existimans eatenus impediri negotia quatenus ipse non adesset. Ea plerisque tenebat in Athenienses indignatō alios: quod cuperet imperiū tolli: alios quod ne sibi imperaretur timerent: huiusmodi igitur & apparatus & animo mouebatur. Vtriusque autem hæc socias Ciuitates ad bellum aderat. Lacedæmonii quidem omnes intra Isthmū: Peloponnesos præter Argios & Achæos: Erant. n. & his & illis amici. Soli ex Achæis Pellenses fuerunt in partibus ab initio mox deinde etiam cæteri. Extra Peloponnesum Megarēses Phocenses. Locri Boetii. Ambraciota: Leucadii Anactorii. Ex quibus classe prebuerunt. Corinthii. Megarēses: Sicyonii. Pellenēses. Elii Ambraciota. Leucadii Equitatum: Boetii Phocēses Locri: Peditatum cæteræ Ciuitates: Hæc Lacedæmoniorum societas. Athenienses uero Chii Lesbii Plataenses: Messenii qui sunt in Naupacto. Acarnanum plerique Corcyrenses Zacynthii & aliæ tributariæ Ciuitates: in his tot nationibus Caria quæ ad mare sita est: dorēs Caribus finitimis Ionja Hellepontus. Thraciæ loca insulæ quæcūque Peloponnesum & Cretam ad solem Orientem uergit: uel Cycladum exceptis Melo & Thera cæteræ omnes. Ex his naues prebuerunt Chii: Lesbii: Corcyrenses cæteri peditatum pecuniæque. Hi socii atque hic apparatus utrorumque ad bellum fuit. Lacedæmonii post illa quæ apud Plataeam gesta sunt edixerunt sociis intra atque extra Peloponnesum: ut in expedito haberent in Urbibus copias cum iis necessariis qualia deceret in externam perfectionem habere tanquam Atticam inuadentes. Quod ubi ad præstitutam diem factum est eodem tempore duæ partes ex singulis Ciuitatibus ad Isthmū contenderunt. Quo postea quæ omnis coactus est exercitus. Rex Lacedæmoniorum Archidamus huius dux expeditionis conuocatis omnium Ciuitatum prætoribus: & in primis quæ dignitate præditi foret maximeque digni quæ adesset huc imodum disseruit

#### Oratio Archidami Regis

**V**iri Peloponnesos ac socii & nostri maiores multas expeditiones tum in ipsa Peloponneso: tum extra eam sumplerunt. Et ii qui ex nobis

utque societas

dorēs Caribus finitimis

21  
ipsis sunt proeclatiora aetate: haud inexperti sane sunt rei bellicae: nunquam tamen maiorem habentes apparatus belli processimus. Verum nunc aduersus ualidissimam pergitur Ciuitatem: & ipsi optimi in re militari & plurimi. Quo magis par est nos apparare tales: qui neque a maiorum neque a natura ipsorum gloria degeneremus. Omnis enim gratia ad hunc motum animo erecta est: & altera uotaque facit pro Atheniensium odium: ut nobis ex sententia ueniat. Itaque non est faciendum ut si cui uidemur per multi in hostem ire: ac magna fiducia esse: ne ille pdeat ad conferendum nobiscum praelium: accirco aliquid de apparatu belli remittatur: sed unusquisque & dux suae Ciuitatis & miles semper expectet: in aliquod sibi discrimen per se se esse ueniendum. Anceps enim conditio bellorum & ex paruo sunt multa & cum indignatione configitur. Saepa minor manus dum metuit: maiorem praecogitum parum instructam profligauit. Oportet autem in hostili terra militates animo quidem esse prestanti: ad rem uero gerendam cum metu se praeparare. Ita namque & ad inuadendum hostem promptiores fuerint: & ad congregandum tutiores. Neque uero aduersus Ciuitatem nos tendimus ita ualidam ad se ueliscendam: sed omnibus quae maxime rebus instructam: ut oio credendum sit eos in certamen esse uenturos: si minus nunc cum nondum sub aspectum uenimus: at certe cum uenerimus agentes hostiliter in ipsorum terra: ac cuncta uastantes. Omnes enim qui ante suos oculos subito insolitum quippiam patiuntur iracundia subit: & qui ratione minimum utuntur in plerumque ad agendum furore profiliunt. Quod Athenienses maxime omnium credibile est esse facturos: qui se dignum censent & aliis imperare: & uicinarum terram uastare potius quam suam ab aliis uastari cernere. Igitur tanquam aduersus tantam Ciuitatem expeditionem molientes: ac summam gloriam tam pro genitoribus nostris: quam pro nobis ipsis allaturi ad utrumque pro ut res feret sequimini: quacumque uos aliquis duxerit memores omni in re ornatus atque custodia & celeriter iussa exequentes. Nam pulcherrimum hoc tutissimumque cum multi sint: cunctos tamen eodem ornatu praeditos cerni. Haec tantum locutus Archidamus soluto concilio: Melesippum diacriti filium uirum spartiatam ante omnia Athenas dimittit: si quid iam humiliter sentiant Athenienses cum iam eos in itinere uideant. Illi hominem neque in Senatu neque in Urbe admittentes: optinuerat enim Periclis sententia neque caduceatorum neque legatum admitti Lacedaemoniorum si in expeditione existant in auditum remiserunt: iussum eodem die finibus excedere: & haec renuntiare si quid in posterum uellent: regressi prius in sua legationes mitterent. Addunt et huic qui eum deducerent ut cum nemine colloquium sereret. Is ubi ad fines uenit iam iam dimittendus haecenus Locutus abscessit. hic dies ingentium graecis malorum. erit initium Melesippo ad castra reuerso Archidamus ubi cognouit Athenienses nihilominus animos dimittere: ita demum mouit castra progressusque est cum exercitu in hostium terram. Boetii cum reliquis copiis nam partem equitatumque comilitio Peloponnesium dederant uenientes Plataeam agrum populabantur: nondum Peloponnesibus ad isthmum coactis: sed iam iter facientibus priusquam Atticam inuaderent. Pericles Xantippi filius Atheniensium dux decimus: ut cognouit hostium aduentum fore suspicatus Archidamum quia hospes eius erat: aut sua sponte ut amico gratificaretur aut lacedaemoniorum iussu ad conuulsandam ei inuidiam sicut eiusdem causa iusserat tolli piacula: relicturum subide agros ipsius intactos predixit in conuulsione.

Melesippi uerba

Oratio Periclis obliqua

Quoniam sibi hospes aliquando esset archidamus non fore tamen id malo Ciuitatis: seque fundos ac uillas suas si non ut caeterorum uastentur ab hostibus sinere rei publicae esse: nec uocandum ob id in aliquam suspicionem. Et quod ad praesentia attinet hortatus est quemadmodum prius: & expeditos esse ad bellum & ex agris omnia comportare: nec prodire in pugnam. sed ingressos urbem tutari: & rem nauticam qua pollerent diligenter aprare: & res fociorum sub manu tenere. ex hoc enim pecuniarum prouentu futuras ei uitres ac magna ex parte bellum uinci consilio & pecunie uirubens praeterea confidere tunc prouentu sexcentorum talentorum: quae quotannis fere a focis pro tributo penderentur Ciuitati praeter alios prouentus: tum signato argenteo quod eet in arce sex milium talentorum. Nam cum plurima decem milia talentorum fuere tricesimo minus. Ex quibus & in propylea aedis aliasque substructiones & in Porticam fuerat erogatum. Praeter aurum argentumque non signatum: Priuatim publice ue repositum: praeterea sacra uasa uel pomparum uel certaminum ac medica spolia. Et si quid aliud huiusmodi non inferioris summae quingentorum talentorum. Addebat etiam ex aliis quoque rebus non exiguas pecunias: quibus uteretur: & si omnia prohiberentur: etiam auro quo dea est ipsa circumdata: affirmans simul lacrum illud quadraginta pondo talentorum habere auri ex coiti: totumque pro salute rei publicae tollendum iterum: tamen: non minore mensura relaxiendum. Atque hunc in modum pecuniis eos confidere: hortabatur esse praeterea tredecim milia armatorum: nisi exceptis qui in praesidiis aut in propugnaculis essent numero sedecim milibus: Tot enim excubabant circa inuicem aduentus hostium: cum seniorum tum adulescentulorum: tum peregrinorum quicumque armati erant. Si quidem & phalericus murus erat quinque & triginta stadiorum ad urbis ambitum: & ipse ambitus quatenus custodiebatur trium & quadraginta: Nam pars eius sine custodia erat: inter longum murum & pharicum media. Longi uero muri ad piraeam usque ad quadraginta stadia habebant: quorum exteriora custodiebantur & piraeos uicina. Omnis autem ambitus sexaginta erat stadiorum cuius dimidium custodiebatur: Ad haec mille ducentos hippotoxotas: triremes quoque quae agi possent trecentas. Haec enim Atheniensibus fuerunt omnia nihil inferiora quam referuntur: quo tempore ingressuri ipsorum fines erant: Peloponneses se bellum accingentes. Alia quoque pericles qualia consueuerat disseruit: ad demonstrandum superiores se bello futuros. Quibus auditis persuasi Athenienses omnia ex agris comportant: Liberos: Coniuges: suppellectilem uensilia ligna dentemque aedificiorum que diruebant: pecora quoque ac iumenta in Euboiam circumiectasque insulas dimittunt. Quae demigratio fuit eis sane molesta: propter iueteratam plerisque consuetudinem saepe agendi in agris: iam inde ab ultimo initio praeter caeteros Atheniensibus usurpata. Si quod est sub cecrope illisque praesentibus usque ad Thesea regibus: Attica oppidati habitabant Curias habes & magistratus hominibus haud quam solitis: cum nihil timerent adire regem gratia consultandi: quibusdam et bella gerentibus: ueluti eleusinis iuncto eumopho cum erectho: Theseus uero posteaque regno potitus est: uir potes & pinde solers: cum alia regionis eius excoluit: tum uero illud quo caeterorum oppidorum & conciliabula & magistratus aboleuit: & in ea quae nunc est urbe uno instituto concilio & una curia cunctos collocauit: coegitque sua quaeque ut prius colentes: una: tamen hac urbe uti quam iugentem iam oibus in ea ordinatis effecta successoribus per manus tradidit. Cuius congregatio

Valerius flaccus. sepe  
cri potior prudentia  
tra

Propylea.

Thefes.



nis Athenienses et nunc diem solemnem in deae honore publice agunt. Nam antea Thebae quae nunc summa urbs est tunc urbs fuit: & id praecipue quod sub ea spectat aglonem. ut testatur quae ibi sunt delubra et aliorum deorum: & quae extra illud sunt ab hac praecipue parte extructa delubra uisuntur Iouis Olympii: Telluris: Bacchi in limnis: cui uetustiora bacchanalia fiunt decimo mensis Anthesterioidis die: quae admodum nunc quoque iones ab atheniensibus oriundi existimant. Necnon alia huius generis extructa sunt uetusta templa: Et fonte qui nunc posteaque tyranni concinatur nouem fistulae nominatur: olim autem Callirhoe cum fontes extarent quia uicinus erat utebatur in maximis quibusque rebus ut hodie quoque ex uetustate duret opinio aere coniugalia: & in alia quae sacrorum sunt: illa aqua esse utendum. Et nunc etiam propter uetustam hanc habitationem summa pars urbis uocatur ab atheniensibus urbs. Igitur suo fere arbitrato athenienses passim domicilia habebat: postquam una in moenia coiere: tamen ob morem in agris agendi cum omni familia: plerique & priorum & posterorum usque ad hoc bellum non facile migrabant: & eo difficilius quod nupost bellum Medicum suppelectile reportauerant. Grauebatur etiam & aegre ferebatur: quod deserturi essent penates ac templa: quae ipsis ob uetustum perpetuo ritu patriae erant: deserturi quoque uitae consuetudinem: denique nil aliud quam si suam quisque urbem desereret. Vbi in urbem migratum est: paucis quibusdam domus fuerunt: non nullis apud amicos necessariisque effugium. Aliqui quae magna portio fuit: in frequentia urbis loca ad habitandum cepere: templaque ac basilicas omnes: praeterquam summam urbis & Eleusinae & si quod aliud robuste erat obseratum. Nec non pelagicum quod uocatur summe urbi subiectum: quodque inhabitare nefas erat: putant & phylici oraculi sine uersu ue tabatur: dicentes: sati usque pelagico otia seruet. Ob ipsam tamen repentinam necessitatem praestitit usum domus. Caeterum ut mihi uideatur oraculum contrarium cecidit quod expectabatur. Non enim propter prophanam habitationem templum: Calamitates ciuitati contigerunt: sed propter bellum inhabitandi necessitas. Nec noxiatur templum hoc ab oraculo praenotatum est: aliquando in fauste habitandum esse. In turribus quoque murorum multi sibi hitacula construxerunt: denique ubi quisque poterat. Quippe non prohibebat ciuitas hoc agere: tot una immigrantes. Sed postea depositi in longis muris & in magna parte piraei hitarunt. Iam uero in ea quae ad bellum spectabat praestrigebatur: tum sociorum auxilia cogentes tum centum nauibus quae exiturae in peloponnesum erant apparatus itenti. Et athenienses quidem in hoc erant occupationis. Peloponnesum autem exercitus in atticam tendens peruenit primum ad Oenoem qua atticam ingressurus erat. Vbi quom sub sedissent: tormenta machinasque quibus muros conterent parabant. Nam Oenone muris praedita est: atticam ab Euboea determinans: quae athenienses quoties bellum icidit per munimento utuntur circa hanc peloponneses cum in praeparatis machinis temporis satis triuerint: tunc uero propter archidamum quem non parum insimulabant quod uideretur & in euocandis auxiliis lentior: & quod atheniensium studiosus esset nequaquam uemens hortator ad bellum. Contractis autem tam copiis dabatur crimini & statua apud isthmum habita: & in caetero itinere faciendo cunctatio & super omnia ad eonem se gnities. Quae hominis negligentia si non extitisset uidebatur sibi peloponneses celeriter aduentu omnia quae extra urbem habent. Athenienses nam iterum hanc illam intro portauerunt occupaturi fuisse. Hac itaque inuidia praemebatur archidamus in obsidione Oenoem: quam ut fertur iam tolerabat: quod expectaret ut athenienses nondum uiolata ipsorum terra aliquid de timore remitterent: non passuri ante suos ea oculos uastari. At postquam Oenoem adorti omnes ope conati expugnare nequeunt nullumque athenienses caduceatorem mittebant. Ita demum castris illinc motis octogesimo se-

Callirhoe font.

Que Peloponneses terra parat

Oenone N.

re die ab iis quae apud plateam thebanis ingressis acta sunt: aestate frumentisque maturis atticam iuaserunt duce Archidamo Zeuxidami filio suo rege: ac subidentes depopulati sunt: primum eleusina campumque Thriasiu fugatis aliquatulum circa loca quae dentur Rhiti atheniensibus equitibus. Deinde progressi ad dexteram habentes. aegaleon montem per cecopriam ad acharnas usque perueniunt: maximum omnium oppidorum qui atticae populi uocantur: positisque in obsidione castris diu illic huc re statua populationibus occupati. Fertur archidamus circum acharnas cum exercitu tamquam ad pugnam instructo mansisse: nec illa expeditione in plana descendisse: eo consilio quod suspicatur. Athenienses multa iuuentute florentes & ad bellum ut nunquam alios instructos in occursum prodituros: nec in oculis suis agrum uastari passuros. Vbi neque ad eleusina neque ad campum Thriasiu occurrerunt: experiri statuit dum acharnas obsideret: an occurrere auderent: simulque locus habedis statuiis oportunos uidebatur: simulque acharnas quae magna pars ciuitatis quippe tria milia armatorum erant non credebatur: quae sua corrumperentur neglecturi: sed omnes in praelium exituri: si non exirent. tunc athenienses minore iam metu in postea posse uastari campum: & ad ipsam urbem accedi. Acharnes enim suis rebus exutos non ita promptos: ad subeundum pro alieno agro discrimen: ideoque discordes sententias fore. Et hac quidem cogitatione cum Acharnas obsideret archidamus erat: Athenienses uero quoad hostis circa eleusina & caput Thriasiu subsedit: spe non nullam conciperat non esse propius progressum: memoria tenentes. Plistoanactem pausanias filium lacedaemoniorum Regem: quatuordecim ante hoc bellum annis cum peloponnesi exercitu: dum Atticam iuassisset ad eleusina & Thioze nec ultra progressum reddidisse: eoque ex sparta relegatus est creditus id fecisse pecunia. Ut autem circumfidentem Acharnas exercitum cognouerunt: sexaginta stadiis ab urbe distatem: cum in conspectu ut credibile est regio uastaretur: quod nunquam praeterquam medico bello: neque iuuenes neque senes aspexerant: id uero acerbum sane: nec iam negligendum tolerandumque: sed obuia prodeundum cum aliis tum praecipue iuuentuti uisum est. Coactio concilio magna inter eos altercatio erat: aliis exire iubentibus: aliis quibusdam non sinentibus. Vates quoque multifaria uaticinia referebant: ad quos audiendos undique conuenerunt. Acharnes quod purarent apud se non minimam portionem atheniensium esse: quod ipsorum terra uastaretur: ad exeundum praecipue urgebant: atque omni ex parte ciuitas tumultuabatur: & periculi irascebantur: prolixius immemores eorum quae prius ille iuassisset: conuiciabantur etiam quod cum esset dux non tamen eos educeret. exitimantes ipsum omnium quae paterentur auctorem: Quos pericles uidens ex praesenti conditione afflicti: ut pote non recte sentientes de exeundo ut ipse faciebat concionem non aduocauit: nullumque habuit coetum: ne quid ira magis iudicio peccarent congregati. Itaque urbem custodit & quae maxime potest quietam ciuitatem tenet. Equites tamen emittit ne in qui ab exercitu excurrerent: urbi uicinos agros adorti praedas agerent: pugnaque equestri parua in phrugiis commissa est inter unam atheniensium turmam adiunctis thessalis & boetiorum equitatum. In qua non inferiores erant athenienses & thessali: donec boetiorum equitibus pedites auxilium tulerunt. Tunc facta fuga atheniensium thessalorumque: aliquot desiderati sunt: quos tamen ipso die praeterquam quod hostem rogarent receperunt: postero die trophaeum peloponneses statuerunt. Haec autem thessalorum auxilia ex uetusta societate atheniensibus affueunt. Larissaei pharsalii: parasii: Cranonii: pirasii: gytronii: pherai ducibus ex larissa quidem polymede & aristono ex sua utroque factione. Ex Pharsalo autem Menone: & deiceps caeteris suorum ciuium ducibus pelopon-

Archidamus zeuxidami filius. R. L.

Acharnae

Plistoanactes

Thiozes

Thessalici populi



Parnethus & brileſſu .m

Finice oropu Regio

methone

phia  
elid

Piſcis promontorium

Thranium  
Alopes

Thyreia

nenses ubi athenienses se obuiam non ferunt: in pugnam ex acharnis mouerunt populatiq; sunt alios quosdam ex populis: sitos inter parnethum: & brileſſu mores. Dum hi in attica agunt: athenienses centum naues quas intruxerant cu mil le armatis quadrigentisq; sagittariis circum peloponnesum miserunt: ducibus carcino: Xenotimi: Protea epiclis: & Socrate antigenis filio. Qui cum hoc apparatu soluentes e portu uela fecerunt: Peloponenses taudiu in attica morati quo ad comeatus suppeditauit: per Boetia q non inuaferunt sunt reuerſi. Prætereū: tesq; oropum regionem nomine piraicem: quam oropii atheniēſibus ſubditi colunt: populati sunt ac reſreſſi in peloponnesum i ſuas quicq; urbes diſceſſerūt. Poſt quorum abitum athenienses terra maricq; custodias collocauerunt: quæ ad modum p omne bellum custodias acturi erant. Nec non mille talēta ex iis quæ in ſūma urbe eſſent: placuit iſpis qui præclare fecerant ſe ponere: nec erogare ſed ex aliis ſumere inuſum belli. Quod ſi quis aut referat aut ferendis ſuffragiis optineat mouendam pecuniā hanc alios inuſus: niſi ſi hoſtes claſſe adoriātur urbem: propullariq; oporteat pœnā morte ſanxerūt. Ex hac pecunia cētum extra ordinem formoſiſſimas triremes: quotannis fecerunt cum ſuis prefectis. Quarū nulla ſas erat in aliud quidq; uti: niſi cū eadem pecunia ob idem periculum ſi opus foret. His centum in nauibus qui erant Athenienses cum quinquagita corcyrenſium quæ uenerant auxilio præ nauigantes: peloponnesum cum aliis non nullis illinc ſociis: præter alias clades quas intrulerunt: egreſſi i terram methonē quæ eſt in Laconica adorti ſūt: tum muris inualidam tum hominibus uacuam forte in iis circa locis erat cum præſidio braſſidas tellidis filius uir Spartiates. Hic recognita cum centum armatis auxilio iis qui intrus erāt aduenit: perq; medium athenienſium exercitum huc illucq; palatum: & ad muros conuerſum in urbem irrupit aliquot ſociorum in iſta impreſſione amiſſis: eamq; tutatus eſt. Propter quam ſtrenuitatem ante omnes qui bellum adminiſtrarunt apud Spartam collaudatus eſt. Athenienses inde ſoluentes abierunt & cum phiā Elidem tenuiſſent biduo populati ſunt: & ad prohibendam uim uenientes ex cōuallibus elidis trecentos egregios uiros: & ex finitimis illinc eliorum alios pugna inuicerunt. Cæterū exorto igenti uēto cum tempeſtate iactarentur: in loco portu carente: multi conſenſis nauibus præteruecti: promontorium quod dicitur piſcis in portū q eſt iphia uenerunt. Interim meſſenii & alii nō nulli q cōſcendere naues nequierāt: terreſtri proſecti itinere phiā expugnarunt: Poſtea q i naues quæ circūbāt recepti ſunt: Atq; illinc relicta phiā multa enim iam manus eliorum ueniebant auxilio: nauigantes athenienses alia circa loca populabātur. Per idem tempus Athenienses triginta naues miſerunt ut obirent locridem ſimulq; Euboiā tutarentur duce Cleopompo Clinia filio: qui egreſſus in terram non nulla maritima loca uafat: thranium capit: obſides illinc accipit apud alopem q ex locris auxilium ferebat cōmiſſo certamine ſuperat. Hac eadem æſtate. ægineſtas cum liberis uxoribusq; e ſedibus ſuis eiecerunt Atheniēſes exprobatā uel p cipue eis belli culpa cum præſertim tutius fore uideretur: æginam utiq; peloponeſo obnoſciam teneri: ſuorum colonia illuc miſſa: pro ut nō ita multo poſt miſſa ē. Illis eiectis peloponneses tum athenienſium odio: tum de ſe benemeritis & terremotus tempore: & ſeruili bello thyreā incolendam: & eius agrum colendum dederunt. Qui ager argiuum ac laconicum diuidit ad mare uſq; pertingēs Vbi ad hoc tempus eorum non nulli habitant: cæteri per græciam diſſipati ſūt Eadem quoq; æſtate kalendis lunaribus: hoc ē inter lunio quo ſolum tempore

creditur poſſe contingere: ſol deſecit ſecundum meridiem nō nullis intermittētib; ſtellis: rurſuſq; e curua in ſolidam ſpeciē repletus eſt. Per eandē quoq; æſtatem Nymphodorum abderitem pythet filium: magnæ apud Sitalcē ſotoris uirum auctoritatis: quē pro hoſte prius habuerant ſibi conciliauerūt: accerſerūt: q; uolentes per ſitalcem cōtrahere cum Tereo Thracum rege ſocietatem. Hic autē Teres ſitalcis pater magnum odrifarum regnum primus reliqua Thracia maius reddidit. Nam bona pars thracum ipſius iuris eſt: niſi hūc Tereo illi artier: qui Procne Pandionis filiam ex athenis duxit uxorem: neq; ex eadem ambo Thracia extitere. Si quidem Tereus dauia quæ nūc terræ phocidis uocatur incoluit: tunc athracibus habitare. Qua interea ſœmīæ facinus illud circa ltympatruerūt: & a multis poetarum in comemorāda philomēa luſcinia auis dauias celebratur. Et credibile eſt pandionem tantulo diſtātem affinitatem ex filia propter auxilium mutuū maluiſſe: q eam que tot dierum uiam uſq; ad odryſas diſtaret. At Teres ne nomen quidem habens idem regnum odryſarum ui primus adeptus eſt: cuius filiū Sitalcem Athenienses in ſocietate aſciuerunt. Cupientes per hunc ſibi & loca in thracia & perdiccam comparare. Cum uenit athenas Nymphodorus & ſocietatem ſitalcis mādato inuit: & filium Citem Athenienſē fecit nomine Sadocum: & bellum quod eſſet in thracia diſſoluturum ſe recepit perſuaſo ſitalce: admittendas atheniēſibus copias thracū Equitum clipeatorq; Cōciliauit eis etiam perdiccam inductis ad thermē illi reddendam. Vnde perdiccas protinus athenienſibus ac formioni iunctus. Arma intulit chalcidenſibus. Ita ſitalces & perdiccas ille Tere: hic Alexādi filius: alter thracū: alter macedonum: Rex ſœdus cum athenienſibus percuſſerunt. Athenienses autem q cum centum adhuc nauibus peloponneſo obſeruabātur: Solion Corinthiorum oppidum poſtq; diſpauerunt: ad cum agro ſolis Acarnanum palerenſibus colendum tradiderunt. Aſt actumq; ut captam Euarcho tyrāno eiecto in ſocietatem conſciuerunt: & i Cephalleniam inſulam uelificantes: citra certamē ea potui ſūt Sita eſt autem Cephallenia Acarnāiam uerſus: & leucadem: quattuor habens ciuitates: Palenſes: Cranios: Samæos: pronæos. Nec multo poſt reuerſæ ſunt athenas naues: ſub huius æſtatis Autumnum Athenienses cum incolis: duce Pericle Xantippi filio populariter incurſionem fecerunt in agrum megaricum: & ii qui Peloponneſum cum centum nauibus præteruehebantur: apud æginam autem tunc erant domum repetentes ut acceperunt omnem ciuitatem in expeditione eſſe: ad Megaram decreto illuc curſu commixti ſunt: qui maximus extitit dumtaxat coactus Athenienſium exercitus: ut pote florenti ciuitate nec dum morbum paſſa: Fuerunt enim athenienſium ſub armis decem milia: præter tria apud Potidæam: præter incolarum qui una in expeditionem armati prodierunt: non minus q; totidē milia præter etiam aliam leuiter armatorum non exiguam turbam. Hi magna in parte terræ: illius hoſtiliter cum egiſſent ſe ſe receperunt. Euerunt alia quoq; Athenienſium quotannis in agrum megaricū incurſiones: nunc equitatu nunc cum exercitu: donec piſæam exciderunt. A quibus etiā atalante in arcem eſt muris firmata: & iam extrema æſtate hac inſula iuxta locros opuntios prius deſerta ne predones exopunte: & aliis locrorum oppidis nauigantes Euboiā prædarentur Eieſta ſūt aut iſta æſtate hac poſt peloponneſiū ex attica diſceſſum. Ineute hyeme Euarcho acarnā uolens i aſtactū reuerti: perſuadet Corithiis ut cū quinquagita nauibus mille quigētos armatos ferētib; ſe

Tereus  
Ouidius in Sappho's episto  
concinis ſmarin dauias  
leſ iſthm: idē in carmine d  
liuid iſtis in ſubroſiſ  
mit ſuine demiq; ſilicē  
ſlet threiciū dauiaſ ale  
thym

ſœd? Athenienſiū cū  
tracibus & macedonib?  
Solion  
Aſtactus  
Cephallenia



reducerent. Ipse quoque non nihil auxiliorum conducit. Præerat autem his copis epharmidas Aristonymi: Timoxenus Timocratis: & Eumachus Chrysidis filius. Qui illuc nauigantes hominem reducerunt: & cæteræ Acarnaniæ non nulla ad mare oppida subigere uolentes: id frustra conati domum reuertebantur. Et cum præter nauigantes. Cephalleniam tenuissent: exissentque in craniorum oram: specie deditiois ab illis decepti ex inopinato inuadentibus partem suorum amiserunt: & cum acrius urgerentur domum se receperunt. Eadem hyeme Athenienses ueteri instituto bustum publice fecerunt iis: qui primum hoc in bello mortem oppetissent hunc in modum. Facto ante triduum tabernaculo mortuorum ossa proponuntur: & suorum quisque reliquiis si quid libeat imponit. Cum efferuntur singularum tribuum singulas arcas suæ quancumque tribus ossa continentes uehicula portant. Vnus item thorax inanis fertur: constratus eorum qui non extant: quod intercesus non fuere comperti. Efferunt autem promiscue uoluntarii quicunque uel Cives: uel hospites foeminiis propinquitate coniunctis ad sepulcrum eiulantibus Conduntque in publico monumento quod est iuxta monumentum Callisti apud sub urbana. Vbi semper eos sepeliunt qui in bello ceciderunt præterquam qui in marathone. Quorum singularem fuisse uirtutem existimantes: eodem in loco sepulcrum fecerunt. Postea uero quod eos humauerint aliquis ab ipsa ciuitate delectus: uir haud quamquam pro inconsulto habitus: & qui pro dignitate conueniat super eos orationem habet qualem decet de illorum laudibus: qua habita disceditur. Hoc quidem more sepeliunt quo per omne belli tempus quotiens id eis accidit legitimo utuntur. Ut autem ad hos qui primi mortem oppetiere laudandos: Pericles Xantippi filius dilectus est. & tempus affuit a sepulcro in excelsum suggestum: quo a plerisque frequentia exaudiretur procedens ita disseruit.

#### Oratio Periclis Funebris.

**M**ulti Quidem eorum quae ex hoc haestenus loco uerba fecerunt: hunc legibus institutum morem in contione dicendi: ad exequias defunctorum in bello: ut pulchrum laudat. Mihi uero satis esse uisum est: uirorum factis praestantium factis honores declarare: qualia circa bustum hoc publice instructa conspiciatis nec in uno uiro multorum uirtutes periclitari debere: & siue bene siue male is dicat haberi fidem. Arduum enim in dicendo seruare temperamentum in ea re: in qua uix etiam ueritatis opinio asseri potest. Nam auditor qui & rem agnoscit & hominem diligit: aliquid fere & opinione & uoluntate sua inferius dictum existimat. Qui uero inexpertus est: is propter inuidiam quicquid supra suam uim audit: ait supergressum esse ueritatem. Eatenusque tolerandae alienae laudes uidentur: quatenus se ipsum quisque parem arbitratur alicui illarum assequenda: quibus uero impari is inuidet fidemque non habet. Verum quando quidem ita olim iam probatum est haec recte fieri: oportet me quoque legi obsequentem ad uestram singulorum & uoluntatem & opinionem quam plurimum potero accommodare orationem: sumpto a progenitoribus initio. Aequum enim simul ac deorum est ex hoc loco eis honorem huius memoriam reddere: qui Regionem istam ipsi semper incolentes posteris ad hoc tempus liberam sua uirtute tradiderunt. Et cum illi laude digni sunt: tum uel magis patres nostri qui ad ea quae acceperant hoc quantumcumque habemus imperium adicientes non sine labore partum: nobis qui nunc sumus reliquerunt. Quae uero

desiderati sūt quadrigenti ac triginta cū oibus ducibus. Chalcidenses ac Battia ubi Trophæū itauerūt: mortuotq; suos legerūt: in suas quicq; urbes diceffere. Eadem ætate nō multo post hæc ambraciota Chaonesq; iaudi oēm Acarnaniā uexadī: & ab Atheniēsis alienadi Lacedæmonis suadet classem ex socialibus urbibus parare: armatos mille i Acarnaniā mittere: q; dicerēt si secū illi cū nauibus simul ac peditatu irēt: quādo qdē Acarnanes mari nequeāt mutuo sibi esse auxilio: facile i potestātē redacta Acarnania Zacyntho & Cephallenia esse poturos: nec Atheniēsis itidē ut nup Pelopōnesum pnaugaturos. Spē quoq; Naupacti capiēda fore. His psuasi Lacedæmonii Cnemū adhuc nauarchu & milites cū aliquot nauibus euestigio mittūt: iussum istructa q; primū classe nauigare i Leucada. Studebāt autē pcpue Corithii Ambraciotis ut pote suis colois. Et clas sis quidē Corinthioꝝ Icyonioꝝq; & circa oppidoꝝ i struebatur. Nā Leucadio rum Anacltorū Ambraciotaꝝ: iā profecta apud Leucada præstolabatur. Cne mus & mille cū eo milites ubi trāffetarūt ignaro Phormione: q; decē circa Nau pactum præsidariis Atheniēsiū nauibus præerat: i terra cōfestim copias educit in aciē: eiꝝ psto fuerūt ex græcis Ambraciota: Leucadii: Anacltori: præter eos mille Peloponneses quos ipse adduxerat. barbaroꝝ Chaones q; nō sub regibus sed sub annuis ex principali genere magistratibus uiuūt: mille phocio & nicano re ducibus Adiunctis Thesprotis & ipis sine rege agentibus: Mollosioꝝ & Ati tanū duxerat Sabyntus Tharypis regis adhuc pupilli tutelam gerēs. Paraeorū Oridus Rex adiucto cōmilitio mille Orestas: Anthiochi regis eorū præmissu. Misit & pdiccas Clam Atheniēsis mille Macedōes q; postea supuenerūt. Hoc exercitu Cnemus nolēs e Coritho oppiri classem pfectus est: perq; Argiū Argū iter facientes: cū uicū Limnæā sine muris diripuissent: Stratū peruenerūt maxi mā Acarnaniæ urbē: rati si hanc primā cepissent: cæteras haud ægre ideditionē uenturas. Acarnanes ubi cognouerunt terra multam manū aduēisse & mari ho stes cū classe affuturos non miserūt mutuo auxilia: sua enim quicq; custodiebāt: sed Phormionē accersierūt iubentes ire suppetias. Ille respōdet id fieri nō posse: ut cū classis e Coritho solutura sit: Naupactū sine præsidio relinquat. Pelopō nenses i tres dispartiti acies ad urbē Stratioꝝ iter itēdūt: eo cōsilio ut castris quo minus politis nisi uerbis iduxerit oppidanos se oppidū tempret. Et mediū qui dē locu ipergendo tenebāt: Chaones & barbari alii dexterā uero Leucadii Ana cltorūq; & q; cū eis erāt. Sinistrā autē Cnemus cū Peloponnēsis & Ambraciotis magno iuicē interuallo. Adeo ut aliquādo a mutuo pspectu abessent. Et græci seruatīs ordinibus: exploratīsq; itineribus pgebāt: dū idoneo i loco castra cōmu niret: Chaones autē suis uiribus freti: ut qui oīum illius cōtinētis bellacissimi ha berentur: non sustinuerūt castris deligere locū: sed rubore ipso feroces: additis aliis mutuo auxilio barbaris: urbē se ipso clamore expugnatos sperabant: suū q; id opus fore. Quos propius accedere Stratiū aiaduertētes arbitrati si ab aliis se iunctos superassent fore: ut nequaꝫ postea græci similiter accederēt circa ur bē in iudias collocant. Illosq; cū ppiores facti essent ex urbe pariter & ex insidiis psilientes circūueniūt timore perculsos: multisq; Chaonum trucidatis: cum alii barbari hos cædētes uiderūt: ne ipi quidē iam sustinere: sed in fugam se conie scere: neutro græcorum agminum sentiente hanc pugnam: ita multum illi pcel ferant: sed opinante diligendis castris occupatos. Quos postq; effusa fuga fere bantur: ad se receperunt: contractīsq; agminibus ibidem per diem quieuerunt. Stratius non uenientibus cum ipis ad manum q; uidelicet alii Acarnanes auxilia

Stratius - V.

Anapus . fl .

nō ferebāt: sed eminus fundis cum periculo laceffebat: quo genere Acarnanes excellere existimantur. Non enim eis loco moueri sine armis fas erat. Vbi nox aduenit Cnemus cum exercitu regressus trepide ad Anem Anapum Octogi ta stadiis Strato distantem. Postero die cæfos recepit ex fœdere: & cū Oeniades interuenissent pro amicitia ad eos concessit: priuūq; undiq; auxilia coirent: atq; illinc omnes domum dicefferūt: Stratii Trophæum statuerunt prælii cum bar baris gesti. Classis autem quam ex Coritho & ab aliis sociis ex sinu Crissæo ad Cnemum profectam oportuit: ne mari superiores Acarnanes opem ferrent non uenit: sed coacta est per ipsos dies prælii ad Stratum commissi pugnare cum nauibus uiginti: quibus Phormio ad tutelam Naupacti præerat. Nā eas Phormio extra sinum cū tenderent obseruabat: consilio inaperto mari inuadendi. Corin thii uero socii: non tanq; ad nauale prælium: sed ad terrestre militariter instru ctū: in Acarnaniam nauigabant: nihil minus opinantes q; contra suas septem & quadragita Athenienses: cum uiginti nauibus aufuros conferere pugnam. Eos postq; uiderunt e regione uenientes iuxta ipsorum terrā sumptis ex patris Acha iæ iis qui in oppositam continentem ad Acarnaniam transibant: nouerūt Athe nenses esse ex chalcide Eueno fluuio in festis proris euntes: & licet noctu pro gressi non tamen latuere hostem. Ita necesse fuit i medio freto prælium facere. Duces iidē q; in singulis ciuitatibus constituti fuerant: Corinthiorum autē Ma chaon & Ilocrates & Agatharchidas. Et Peloponneses quidem i orbem naues: dispoſuere quā latissimum poterant exitum hostium intercludentes: proris ex tra puppibus introuertis: minoribus nauigiis in medium receptis: simulq; quī q; nauibus omnium uelocissimis: ut exiguo ex interuallo si qua hostis incurre ret proficientes adessent. Athenienses uero suas inferiem singulas circūagebant: speciem prebentes iam iam inuadendi: ac pene radentes cursu quos circūabant inangustum redigebant: uetiti a Phormione prius inuadere q; ipse signum dedis set. Quippe qui speraret fore ut ordo ille non perstaret sicut in pugna peditū: ut q; naues se inuicem compingerent ac nauigia turbamentum præberent. Ad hæc flaturum e sinu uentum sub exortum auroræ fieri consuetum: ille ob nauigan do præsto labatur: existimans tunc nec illos aliquo momento futuros stabiles: & se suo arbitratu aggredi posse ob maiorem nauium suarum uelocitatem idq; uento spirante præcipue. Qui ubi flare cœpit & iam inarctum naues redactæ: tum uento leuia nauigia propelente: tum mediis cum exterioribus se compigē tibus utrequæ alteras turbare: mox alia in aliam incidere: uiri contis inuicē ali enam nauem a sua repellere: uociferariq; & dum se ab aliis tutantur mutuoq; cō uiciantur: nulla neq; præcepta neq; iussa exaudire: & quia remos inundoſo ma ri referre non potuerant: quippe homines imperiti præbere naues minus guber natoribus obsequentes. Ibi Phormio tali in tempore suis lignum dat. Illi inuecti primum unam ex pretoriis nauibus deprimunt: deinde cæteras quascunq; ador ti corrumpunt: adeo tumultuose agentes: ut neminem hostium animum recipere permitterent: fugientes itaq; Patras uersus & dymen Achaia: persequuti duo decim naues cæperunt: ac plurimis eorum hominibus occisis in Molyclium na uigarunt: positosq; in promontorio Trophæo & nauī Neptuno consecratis in Naupactum reuerterunt. Peloponnēses quoq; cōfestim cum reliquis nauibus ex dymē & Patris ad Cyllenem quæ sunt Eliorum naualia abiere. Quo etiā Cne mus e leucade nauēsq; quas cum his mixtas oportuit: post prælium ad Straton gestum uenerūt. Huc præterea mittunt Lacedæmonii Cnemo Timocratē Bra e iiii



fidam & lycophronem: Quorum consilio ille in re nautica uteretur: iubentes aliud praelium nauale commodius instrui: nec a paucis nauibus mare prohiberi. Videbatur enim cum propter alia. tum uero q̄ tunc primum praeliū nauale tē prauerant. illud sane præter rationem fuisse commissum: nec tantopere classem suam imparē: sed ignauiam quandam potius extitisse. Non reputantes quantū distaret ab ipso rei nauticæ tirocinio: iā ueterana Atheniēsiū exercitatio. Itaq̄ cū indignatione istos miserūt. Qui cū ad Cnemum peruenerunt edicunt certas Ciuitatibus naues quæ iam aderant: reficiunt ex utilitate pugnae naualis. Phormio & ipse Athenas cum nuntio uictoriae mittit qui de hostium apparatu edoceat: iubent naues & quam plurimas & quam maturime sibi mitti prope diem praelium expectati. Athenienses et uiginti naues mittunt: mandantq̄ ut simul illas accepisset in Cretam ante omnia nauigaret. Nicias enim Cretensis Gortynius Atheniensium amicus auctor eis erat in Cydoniam trañciendi: q̄ diceret se eam illorum hostem i potestatem redacturum. sed hoc Polichnitas Cydoniarum finitimos demereri studebat. His nauibus acceptis Phormio adiit Cretam ac iunctis Polichnitis agrum Cydoniorum uastauit. Vbi uentis & difficultate nauigandi retentis non exiguum triuit tempus. Peloponnēses interea omnibus quæ ad pugnam naualem pertinent instructis in Panormum Achaicum nauiga uerunt: ubi iterea Peloponnensis exercitus præsto erat eis auxilio futurus. Phormio cum eisdem uiginti quibus pugnauerat nauibus profectus: i promontoriū Molycritum exteriora tenuit: Erat autem hoc promontorium partium Atheniensium. Nam alterum est e regione in Peloponneso septem fere stadiorū maris interuallo: Cretæ sinus os: ipsi quoq̄ Peloponnēses Achaicum promontorium haud ita multum a Panormo distans: ubi aderat eis peditatus subierūt cū septem & septuaginta nauibus. Iidem ubi conspexere Atheniēses utriq̄ altrinsecus in statione manserunt: meditates præparatesq̄ pugna singulis diebus: sex septēue. eo consilio q̄ neq̄ illi egredi e promontoriis in liberum mare uolebāt: superiori clade contenti: neq̄ hi ingredi angustias rati pro illis esse in arcto pugnare. Cæterum Cnemus & Brasidas & ex Peloponnensibus alii duces: uolētes primo quoq̄ tempore pugnam comittere: priusq̄ aliqd auxiliōrū ab Atheniensibus supuēret: Cōtionē primū militū aduocauerūt. Quoq̄ multos priore calamitate perterritos cū aiaduēteret: ad eos excitādos hūc i modū uerba fecerūt.

#### Oratio Peloponnensium Ducum Ad Milites

**S**I Quis Vestrum uiri Peloponnenses propter superiorem pugnam futuram reformidat: is non recte sibi timendum interpretatur: Nam & apparatus tunc opportunus defuit: ut scitis: nec ad praelium nauale nos magis quam ad exercitum nauigabamus. Acciderunt autem aduersa nō modica & fortune temeritate: Et in primis pugnae naualis inscitia non nihil obfuit: itaq̄ neq̄ nostra culpa euenit ut superaremur: neq̄ conuenit cum non usq̄ a deo sis uictus consilio: habeasq̄ aliquas apud te in contrarium rationes: ob id quod accidit animo consternari: sed existimare ut homines fortuitis fallatur uisu uenire: cum eisdem tamē bene agi si fortes sint: semp suo cōsilio freti: nec excusantes imperitiā cū adest animi uigor: usq̄ instrui fiant. Et sane uobis nequaquā ita deest peritiā: ut superest audacia. At istorum quam præcipue extimescitis sciētia: si quidem fuerit fortitudine prædita memor erit inter asperā exequi quæ

didicit: sin minus nullum tunc artificium ualet. Timor enim. memoriā excutit: & ars citra præntiam animi inter pericula nihil prodest. Ergo illorum maiori experientia maiorem opponite audaciam: timori quia uicti estis opponite quod imparati fuistis. Ad hæc suppeditat uobis copia: tum nauium tum militū: in terra & nostra & uicina ad pugnam naualem accinctorum. Plures enim ac melius instructi fere præualent. Itaq̄ ne unum quidem reperimus: quod uos deficiat: & quæcunq̄ prius peccauimus: hæc eadem ipso experimento nos edocēt. Præstanti igitur animo & gubernatores & nauæ suum quisq̄ munus exequamini: non desidentes locum cuiq̄ assignatum. Quibus non priorem quā superiores duces fecerunt cōmoditatem pugnandi præstābimus: nec causam ulli ut sit ille trēnuis. Quod si quis talis esse uoluerit: pro merito plectetur: strenui uero dignis uirtute præmiis ornabuntur. Huiusmodi uerbis duces Peloponnensium suos animauerunt. Phormio autem timens & ipse militum pauorem & animaduertens q̄ addensatis inter se nauibus multitudinem classis hostilis formidabant: uoluit conuocatos eos animare pariter: & i præsens tempus admonere. Nam semp antea quo animos illoꝝ præpararet: negauerat ullam tantam classem cui inuadēti non foret ab eis resistendū. Et ipsi milites iam pridē hanc intra se fiducia præsumperāt: ut quia Athenienses essent: nulli quēlibet numerose Peloponnensium classi cederent. Tunc tamen eos cernens præsentis regē aspectu animo debilitatos statuit audaciae cōmone faciendos. Conuocatisq̄ illis hoc modo desieruit.

#### Oratio Phormionis Atheniensis ad Milites

**C**VM uos animaduertā Viri milites pertimescere multitudinem hostium: conuocandos censui: quod absurdum duco: eorum quæ horrenda non sunt horrore præstringi. Nam isti primum iccirco tot naues nec ex æquo comparauerunt: q̄ prius superati & sibi conscii sunt non esse se nobis pares. Deinde ideo ueniunt tanq̄ in quo præcipue confidunt: eos doceat animos esse: nulla de re alia audaces: nisi q̄ in pedestri acie plerunq̄ uictores discedant: rati idem se in re nautica facturos. Quæ facultas si qua eis in illo multo iustius nobis in isto adest. Quoniam ex ipsa animositate nihil antecellunt. Verum hoc quod utriq̄ in suo quisq̄ loco expertiores sumus: nos audaciores facit: lacedæmonii præterea q̄ sociorum principes sunt: suæ gloriæ gratia multos inuitos i periculum ducunt: alioquin nunquā temptaturi rursus pugnam in qua ita superati sunt. Eorum uos nequaquā extimescatis audaciam: quibus ipsi uacilentem ut credibile est incutitis metum: tum quia iam uicti sunt: tum quia existimant nos ita obstituros: ut non nihil egregie dignum nobis agamus. Atq̄ hostes quidem qui numero præstant: ut isti magis uiribus quā consilio freti iuadunt. Qui uero pauciores sunt nec pugnare coguntur: ii confirmato ex cōscienā ingenii animo audacter obuiam eūt. Quod isti reputantes merito nō magis exterriti sunt ob id: q̄ ob rātulū nauū apparatū: Multi iā exercitus p in peritiā a minoribus qdā ēt p ignauā pñigati sūt: q̄q̄ regē utriusq̄ nos sumus exptes. Neq̄ uero cōmittā ue q̄tū i me erit: aut itra sūu certamē ieamus: aut i eū penetrēus cū scia āgustias loci nō cōpetere paucis nauibus agilibus subptis rectoribus cōtra multas ab ipitis i seffas. Non. n. alquis nisi ex lōgo prospectu hostium q̄si hoc. expēdiat in eos inuehebatur: neq̄ cum periclitabitur quotiens oportuerit. se subducere queat nullique sibi elapsus: nulli receptus quæ agilibus &

Nota

Molycritum Promot.

2  
nauium & nauarū opera sunt: sed necesse fuerit pro nauali pedestre certamen fieri: melioremq; in eo conditionē plurimum nauium. Sed hæc ego rex quo ad potero curā habeo. Vos uero apud naues in suo quocumque ordine manentes: e uestigio preceptis obtemperate: cum praesertim breui momento iuadendi cōstet occasio: & inter agendum plurimi existimate ornatū: & silentiū quæ cum aliis in rebus bellicis cōducunt: tum precipue in naualibus. Propulsate igitur istos pro dignitate eorum quæ gestistis magna uobis re in hoc certamine proposita: utque spem Peloponensibus eripiaris cum classe nauigandi: an Atheniensibus metū maris propterea afferatis. Illud quoque uobis in memoriā redigo: nos superasse eorum pro multis. Viroque qui superati sunt mentes nescire: in eisdem periculis sibi constare: Talibus & suis phormionem adhortatus est. At Peloponenses quādo quidē ab istis non predebatur intra sinū atque angustias uolentes introducere inuitos: sub exortu auroræ profecti: quadrato agmine uela faciunt intra sinū suā terrā uersus: dextro cornu procedente sicut in statione steterant: ubi uiginti naues maxime celeres constituerunt: ut si ipsos Naupactū uersus tendere: ratus Phormionem ad ferendam opem: idem iter intendat: non effugiat exterius uelificantis cornu incursum: sed ab eo intercludatur. Phormionem quod illi captabat ueritus pro oppido praesidiis carenti: ut proficiscētes inspexit: inuitus festinabundusque impositis in naues militibus Terrā legit: simulque peditatus Messeniogque p̄sto erat auxilio futurus. Hos ut uiderunt Peloponenses nauē nauī sequente iam intra sinum ac prope terrā nauigantes: id quod maxime uolebāt uno repente signo conuersis nauibus dirigunt: cursum in Athenienses: ut quisque celerrime poterat sperantes omnē hostium classem a se captum iri. Ceteraque hanc conuersionē & dextrū cornu superfugerunt in apertū mare undecim naues quæ praecedebāt. Ceteras fuga petentes terram peloponenses circūuenire: premere corumpere homines quocumque enatare non poterāt: cōficere quosdam quas depresserāt naues inanes trahere. Nam unam demum cum ipsis uiris ceperunt. Quosdam Messenii subsidium ferentes cum armis mare ingressi cum conscendissent: pro tabulatis pugnao eripuerunt iam trahi incipientes. Hunc in modum superauere Peloponenses: corrupereque Atticas naues. Eorum uiginti quæ pro cornu dextro locatae fuerāt: uideci illas Atheniensium insequēbāt: quæ de clata in altū fuga elapsae puerterāt hostē: praeter unā: applicatēque Naupactū portū adeptae prope Apollinis templū cōuersis prorsus: se se ad defensionē accingebāt: si contra ipsos in terrā hostes nauigaret: illi posterius uenientes inter nauigandum peoana caneabant: tanquam uictores. Hæc longe prima leucadia nauis unam quæ reliqua erat Atticæ insequēbatur. Forte nauis oneraria aliquantū procul a littore ad anchoras stabat: quā Attica nauis cum occupasset: eorum se circumegisset: mediā leucadiā incurrit: demergitque. Quæ res ex improviso & inopinato cum accidisset Peloponenses terrore concussit. Ad hæc incompoliti ut in uictoria sequētes: partim demissis remis cursum inhibuerant: rem inutilem sibi: utilem Atheniensibus ad se ex breui spatio inuadendos: cum uolunt aduentum plurium opperiri: partim imperitia locorum in breuia impegerant. Quod fieri uidentes Athenienses subito audacia: unaque se uociferatione adhortantes in eos tendunt. Illi propter ea quæ peccauerant: & quod incompoliti erat paulisper modo sustinere. Tum dantes terga in stationem unde discesserant tendunt. Quorum tamen sex naues quæ maxime propinqua fuerant Athenienses insecuti ceperunt: & suas quas illi corruptas tunc primum ad terram religauerant: abstulerunt hostium aliis occisis: aliis quos ceperant referuatis. Nam Timocrates lacedæmonius in nauī leucadia nauigans: quæ circa oneraria est depressa: ubi ea fracta est gladio se transegit

Dixit phormio

11  
37  
in portūque Naupactū decidit Reuersi Athenienses Trophæū ibi statuerunt unde profecti uicerunt: mortuorumque ac nauiragia quæcumque apud ora ipsorum erant legerunt: & sua hostibus ex foedere reddierunt. Peloponenses autem & ipsi trophæū statuerunt pro uictoribus agentes: obfugatas ad terrā quas corruerunt naues: & eā quæ ceperunt iuxta trophæū: in Achaico promontorio cōsecrarunt. Post hæc ueriti ne superuenirent ab Atheniensibus auxilia noctu uela fecerunt in sinū Crissæū Corinthūque omnes praeter leucadios. Nec ita post ab eorum digressu Athenienses e Creta uiginti cum nauibus: quas ante pugnam ad Phormionē adductas oportuit Naupactum appulsa sunt. Aestasque exacta: prius tamen quā classis Corinthū in sinūque Crissæum discederet Cnemus & Brasidas & alii Peloponensium principes edocti Megarensibus inuente hyeme uoluerunt temptare piræū Atheniensium portum: qui neque custodiret neque clauderetur haud ab re. Quoniam multo ceteris antecelleret re nauali Athenienses: Placitū autem singulos nauas cum singulis remis scalmis pellibus: quas remiges sibi in remigando substeterunt: Corintho pedibus ire ad mare quod Athenas spectat. Atque illic quæ celerrime condere Megarā: deductisque ex Nisæa quæ sunt illoque naualia quadraginta nauibus quæ illic erant: nauigare cōsultim in Piræum ubi neque ullæ naues ad custodiā essent: neque expectatio ulla hostium ex improviso unquam in nauigantium: siue ex apertis & portum: siue ex insidiis qui praesentirentur. Ubi uero hoc eis agere placuit statim abierunt: cumque noctu puenissent & naues ex Nisæa deduxissent in Piræum contendebāt: non est ut crediti sunt periculum metuentes: & quidam est uentus dicitur eis impedimento fuisse. Supra promontorium quod Salaminem respicit. Megaram uersus praesidium erat: iuxta tres ad custodiā naues: ne quid inueheretur Megarensibus: ne uel quid illinc eueheret. Hoc illi praesidium sunt aggressi triremes uacuas deduxerunt: ceteram Salaminem ex improviso adorti diripuerunt. sed ab iis qui expugnabantur leuari sunt: ignes Athenas uersus ad uentum hostium significantes. Ex quo tantus perualis animos terror: ut nullus fuerit maior eo bello. Nam qui in Urbe erant iam Piræum hostes inuectos arbitrabantur. & qui in Piræo Salaminem esse captam: tantumque non in se ueniri: quod sane facile illi fecissent: si & conctari uoluissent nec uento interpellati fuissent. Athenienses igitur prima luce populariter succurrentes in Piræum naues deduxerunt: festinanterque ac multo tumultu cum ascendissent: in Salaminem uella fecerunt peditatu ad tutelam Piræi relicto. Quos ubi sensere Peloponenses auxilio uenire magna ex parte Salaminem peruagati: captis hominibus præda & tribus ex Budoro castello nauibus prope in Nisæam re nauigarunt: dimissi nauibus quæ ad tempus deductæ nec mari ferendo satis firmæ erant. Profectique Megaram iterum Corinthum pedestri itinere redierunt. Quos apud Salaminem non adepti Athenienses: & ipsi reuersi sunt: atque ex eo die Piræum impensius custodierunt: tum claustris portuum: tum alia diligentia. Per idem tempus circa initia huius hyemis: Sitaces Odryses Terei filius Thracum rex expeditionem sumpsit aduersus Perdiccam alexandri filium Macedoniae regem: & Chalcidenses qui sunt in Thracia: ob duo promissa: quorum alter uolebat rescere: alter Atheniensibus ipse persoluere. Nam & ei Perdiccas principio belli cum rebus eius ad principium spectantibus sponsonem fecisset: si ipsum Sitaces Atheniensibus reconcilasset: nec philippum fratrem eundemque hostem restitueret in regnum: quæ sponsonerat non exoluit. Et ipse Atheniensibus receperat ubi societatem cum Perdicca misisset cōpositorum se in Thracia Chalcidicū bellū. Vtraque igitur cō expeditionem suscepit & Amyntam Philippi filium: in regnū Macedonum duce-

Tantum non

Budora promontorium salaminis non castellum docet thucydides graecus in temporibus

bat cū legatis Atheniensiu: qui huius rei causa aderat: Agnone duce. Oportebat enim Athenienses quoque cū classe & peditatu aduersus Chalcidēses praesto esse. Igitur ab Odrysi ingressus: accersit primū Thracēs quibuscūq; iperitabat: intra Aemū montē & Rhodopē ponto Euxino tenus & hellepōto. Deinde superato Aemo getas & quecūq; alia Cis Istrū fluuiū magis ad pontū Euxinū uergētes in colūt populi: qui sūt getae & Scythae finitimac similes cultu: oēs ex eqs iagittarii quos hippotoxotas dicimus. Praeterea euocauit mōtāoz thracū p multos: genus libez & macharis accinctū q diu uocatur. Rhodopem plerosq; icolētes partim mercede inductos: partim studio secutos. Accersit & Agrianes & laeos & caeteras gētes pæonias impii sui ultimos: usq; ad graeos & laeos pœnas & Strymonē Amnē: qui fluit e Scomio mōte per graeos ac laeos: ubi imperii est terminus: hic ad pœnas sui iuriam illic qua spectat Triballos qui & ipsi sui iuris sūt Terribus ac Tilatais terminantibus qui Scomium montem incolunt ad Septentriones continenter ad Solem occide ntem usq; ad oscium flumen: ex eodē quo Nestus & Ebrus oriens monte inculto & sane Rhodope uicino. Fuit aut Odrysoz imperium magnitudine ad mare usq; pertingens ab Vrbe abderoz ad pontum Euxinum usque ad flumen Istrum: ea ora ubi minimum spaciū habet potest ambiri nauigando: si uentus a puppi semper inspiret naui rotunda: quattuor diebus ac totidē noctibus. Item itinere terrestri ubi breuissimū ab Abderis ad Istrū uir expeditus undecim intra dies traſmittat. Et tanta quidem fuit ad mare longitudo. Per Mediterranea uero a Bizatio ad laeos & sup Strymonē: hac hinc. n. longissimus est a mari tractus: homini expedito tredecim intra dies peragrabatur. Tributum quoque quod ex barbaris gentibus graecisq; exigebatur sub Seruho q post Sitalcē regno potitus maxie id auxit quadringentoz fere talentoz: fuit uis summa auri argentiq;: Nec inferiora his quae afferebantur ex auro & argento munera. Praeter res textiles: uel uillosas uel leues & alia suppellectilē: quae non modo ipsi: sed et proceribus nobilibusq; Odrysoz stata erant: longe alio q apud regnum persae instituto: & quae apud alios Thracēs accipiendi citius quae dandi. Deformius. n. erat eum qui posceretur nō dare quae eum qui posceret nō impetrare. Tam & si hoc instituto plerunq; imperiose utebantur: quoniam nihil donanti nihil transigere licebat. Ita regnū eo potentiae peruenit. Quippe omnium qui in Europa sunt inter ioniu sinum & pontum Euxinum: hoc maximū extitit prouentu pecuniarū: & caeteris opibus: sed robore certandi & exercitus magnitudine multo est Scythae gente inferius. Nam scythis non modo quae i Europa: sed etiam quae in Asia sunt nationes aequari nequeant: ut singulae illis omnibus inter se concordibus resistent: ne in alia quidem solertia ac prudentia ex praesenti utilitate uiuendi. Sitalces igitur tam ingenti plage imperans: ubi cōparato exercitu oia inexpedito fuerūt: pfectus i Macedonia est primū p suū regnū: deinde per Cercinā montē hitatoribus uacuū q Sintos Pæonesq; cōmittit eadē uia: quae ipse prius i expeditōe aduersus Pæones fecerat succisa silua. Eū mōte trāsētes ad dexterā hēbant pæones: ad Sinistrā Sintos & Medos. Quē emensi puenerūt i dobez. Pæoniā nihil in eo supando passi nisi aliqd morbo. Nā morbus icidit. Si qdē thracū sine iperio nō pagē multi ultro seqbant pdae gratia. Itaq; fert ois multitudo nō mior cētū quinquaginta milibus extitisse: & haec maxia ex pte pedestris ex tertia at ferme eqstris. Qui eqtatus ex odrysis p̄cipue cōstabat: scdm hos ex Getis ex peditatu machariferi: q e Rhodope descenderūt: gens sui iuris bellacissimi erat. Caeterz uero uulgas ipa terribilissimū multitudie promiscuum sequebat in

doberum ubi coierunt: quae in rem fuerat ppararunt ut e montis iugo inuaderent inferiorem Macedonia quae Perdiccae parebat. Nam inter Macedonas sunt & lyncestae & Elimiotae: & aliae in superioribus gentes fociae illis atq; obnoxiae. In his quae Perdiccas regnū habebat. Nam eius pater Alexander ac progenitores Timentidae olim ab argo oriundi ea quae nūc maritima est Macedonia primi ad epti sunt: in eaque regnarunt bello: expulsis ex Pieria quidē pieribus qui postea sub pangeo trans Strymonē incoluerunt. Phagretē aliaq; item oppida. Vnde nunc quoque sub Pangæo plaga uergens ad mare uocatur sinus piericus. Ex ea uero quae nominatur Bottia Bottiaeis: qui nunc Chalcidensiu sunt cōsines. Quinēt in Pæonia iuxta Axiū Amnē occuparunt: Stenētinem a mōtanis ad pellam usque & mare pertingentē: ac trans Axiū Strymmone tenus eam quae Mygdonia appellatur eiectis hedonibus eiecerunt & ex Eordia ita nanq; nūc uocatur Eordos: quoque per multi delēti sūt aliquatūlū quae adhuc ex iis circa phystam sedes habet. Nec non ex Almpōia. Almpes: Alias in super gētes i potestate redegerūt Macedones hi quibus nūc ē imperant: Anthemūtem Grestoniā: Bisaltiam: & ipsos Macedonū pollam. Quae omnia Macedonia uocatur: quaeq; regis Perdiccae Alexandri filii erāt: quo tempore Sitalces inualit: Atq; hi quidē Macedones igressis tam multis copiis resistere cum non possent quacūq; in regione erant comportarunt in loca munita ac muros habentia: tum non admōm multa. Nam postea Archelaus Perdiccae filius regno potitus: ea quae ibi uiuntur extruxit: amplasq; uias muniuit: ac caetera ex usu belli equis armis alioq; apparatu melius q superiores octo reges adornauit. Exercitus autē Thracū ubi ex dobero mouit: primū ingressus ea q prius Philippi fuerat: ui capit. Emdomenē Gortyniam uero & Athalantā & alia qdam oppida accepit in fidem ob amicitia Amyntae cuius philippus filius aderat. Europū autē cū tēptasset expugnare nō potuit. De hinc in reliquā pgressus est Macedonia: quae uel ad dexterā Pellae iacet & cyrri. His iteriora non adiit Bottiaem & Pieria: sed Mygdoniam Grestoniam Anthemuntē populatus est. Macedones cū se pares peditatu fore diffiderūt: accitis eqs a focis superiora habitantibus. pauci contra multos adorti sunt. exercitū Thracum: & qua ipressione fecerūt: nemo sustinuit utiq; eqtes egregios ac loricatos: sed multitudie circūfusa longe numerosiore ancipiti Marte plābantur. Cūq; superatum se iri a pluribus aduenterent pugna ad extremum inhibuerunt. Et Sitalces apd Perdiccae uerba fecit: q obrē arma itulisset. Et quoniam Atheniēses cū classe nō aderāt qpe nō ituz credētes dona ad eū legatosq; miserant: partē copiarū in Chalcidēses Bottiaeoq; dimittit: atq; castellis extructis regionem uastabat. Vbi dum statua habet Thessali qui ad austrū spectant & Magnetes & caeteri sub iperio Thessaloz Thermopylazq; tenus graeci metu pculsi: ne ipsos iret exercitus in armis erāt. Trepidabāt itē trans Strymonē uergentes ad aquilonem Thracēs quicūq; campestria incolunt. Panæi insuper & odomanti & droi & derfai qui oēs suis legibus uiuūt. Sitalces autē cū graecis Atheniensiu hostibus colloquiū uēit: se illoz iductū nequa q iure societatis inuicē iualuros. Ipse Chalcidiam & Botticā & item Macedoniam infestus uastabat. Cū tandem cū nihil eoz cōfecisset quoque gratia tenerat: & comeatu careret exercitus atq; hyeme uexaretur Seuthes Spardoci filius ipsi & patruellis q potētia secūsus suadet: utiq; celerie discedat. Seuthē autē pdiccas clā sibi cōciliauerat: pollicitus fororē se illi cū pecunia daturz. Ita Sitalces psuasus triginta diebus & hoz apd chalcidē octo cōsuptis cū exercitu domū q celerrime reuersus est. Et perdiccas fororem Stratonicem





2

& in utroque portu ingressum nauibus muniunt prohibito Mitylenæis usu maris. Nam cætera terra oppidani alique lesbii qui iam auxilio uenerat potiebantur: non multum Atheniensibus circum castra tenentibus. Cum Malæa potius eis & nauium statio & mercatus esset. Atque ita ad Mitylenem bellum gerebatur. per idem huius ætatis tempus Athenienses circa Peloponnesum triginta naues dimiserunt: duce Afopio Phormionis: iussi ab acarnanibus aliquem sibi uel filium: uel consanguineum Phormionis mitti pro duce. His nauibus Afopius profectus maritimæ laconicæ loca diripuit. dehinc eaque plerisque domum remissis ipse cum duo decim Naupactum se contulit. Post hæc euocato omni Acarnanum populo: intulit arma oeniadibus Acheloum nauibus inuectus: pedestri exercitu regionem populante. sed cum hostis non concederet missio peditato ipse in leucadiam nauigauit: egressusque in Noricum dum se recepit ab hominibus loci mutuo sibi auxiliantibus: paucisque nonnullis præfidiariis cum exercitus parte interfectus est. Post ea cæteri cõcella hostibus uictoria ex scedere receptis mortuis abierunt Mitylenæi autem legati qui prima cum nauis missi fuerant quædam ipsi lacedæmonii dixerant ut ad olympiam adessent: quo cæteri quoque focii eis auditis consultarent ad olympiam præsto fuerunt. Quo in loco olympias festum fiebat Dorico Rhodio itaque uictore. Atque ubi solemnibus celebratis in colloquium uentum est ita uerba fecerunt.

Oratio Mitylenæorum apud Lacedæmonios

11

**S**imus quidem uiri lacedæmonii fociique hoc receptum apud grecos ac iustum esse: ut quoscunque belli tempore apostitina societate deficientes in suam accipiunt eos tantis per indelicium habeant dum illi utiles sunt. Sed cum existimant superiores amicorum perditores fuisse eosdem peiores fore utique censent: neque id iniuria: si tamen æquales inter se essent qui deficiunt & qui deseruntur. Cum enim aliqui pares sunt consilio ac beniuolentia: si idem æquales sint apparatu & uiribus nulla subest æqua causa defectionis quod in nobis Atheniensibus que non fuit: ne cui peiores fore uideamur: si a quibus in pace honestati sumus ab iis inter aduersa defecimus. De iusticia namque ac uirtute cum præsertim societatem precemur uerba faciemus: scientes neque amicitiam inter priuatos initam esse stabilem: neque consortium inter Ciuitates aliquid polere: nisi mutua opinio iter cedat uirtutis: & circa cætera morum uitæque consensio. Quippe discordibus in mentibus differentia consistit actionum. Enim uero inter nos Atheniensesque societas incepta est: cum uos ab armis post medicum bellum discessistis: & illi reliquias earum regere persequerentur. Quam nos societatem non contraximus ad subigendos Atheniensibus grecos: sed a Medorum seruitute eximendos: & eo usque illos sumus prompto animo leuiti: quo ad æquo iure præfuerunt. Vbi animaduertimus summo Medos hostes. tendentes ad imponendam focii seruitutem iam non sine timore fuimus. Sed quia non licuit ad uim propulsandam focii in unum conuenire propter multitudinem consultiuorum: omnes propter nos & chios in seruitute redacti sunt. Nos cum nostri iuris essemus & libere nomine dumtaxat cum Atheniensibus militauimus: nequaquam pro fidelibus eos quibus habentes: sumpto ex superioribus factis exemplo. Neque enim credibile erat cum illos subegerint: quibus cum scædus una nobiscum interant: non idem eos in ceteros scæderatos si quando facultas afforet esse facturos. Quod si nostri adhuc liberi essemus omnes plus eis fidei haberemus: ne nihil noui molirentur. Cum pro plerisque sociorum subegerint: indignius eos

111

credibile est esse laturos: Sibi nos in rebus agendis æquari iamque in hoc admodum processerunt: cum soli nos iam secum ex æquo uersemur: præcipueque quanto ipsi potentiores: tanto nos desertiores efficiuntur. Ad societatem nil aliud fidelem facit quam mutuus metus. Nam qui preuaricari quippiam uult: nisi alteri uiribus præstet ab eo inuadendo deterretur. Et nos nulla alia causa liberi ab illis relicti sumus: nisi ut quæcumque ad parandam potentiam moliebantur: non tam re uera quam ut iuste honeste: probe sumpsisse uideretur: simulque ut hoc testimonio uterentur: nisi aliquid peccassent in contra quos arma ferrent: non fuisse militaturos una loci os qui idem haberent auctoritatis. Vnde factum est ut & maximas primum uires aduersus infirmissimum quemque colligerent: ac paulatim sublatis aliis extrema quæ relinquebantur redolerent infirmiora. Quod si a nobis cepissent: omnibus adhuc suas uires & ubi consistere oporteret habentibus haud similiter subegissent. Quibus non nihil etiam timoris incutiebat classis nostra ne in unum coacta: & aut uobis: aut alicui alteri: se applicans periculum eis crearet. Euasimus autem eos tum rem publicam ipsorum: tum quoscumque magistratus deleniendo profecto nisi constatum esset: hoc bellum non multum duraturi: ut uidere licet ex aliorum exemplo. Quæ nam igitur hæc amicitia extitit: aut quæ fida libertas: ubi præter opinionem utriusque alteris sumus suspecti illi nobis in bello præ timore blandientes: & nos illis uicissim rebus pacatis: quodque aliis beniuolentia: id nobis timor stabile fidum firmum præstitit. Ita metu magisque amicitia in societate præstitimus & utris citius securitas sui prebuisse audacia in priores ad preuaricandum futuri fuerunt. Quod si cui uidemur iniuriam propter eorum innocendo contumeliamque priores defecimus: non præstolantes ad plane cognoscendum: si quid illi nocerent: is non recte considerat. Nam si ex æquo ualuissemus & tendere illis insidias: uicissim: & contumeliam quid attinebat nos eis pares sub ipsis esse. Cum uero semper penes illos facultas hæc esset temptandi penes nos hoc esse decuit: ut defensionem anticiparemus. Has nos cum haberemus Lacedæmonii ac focii rationes causasque defecimus & apertas audientibus ad cognoscendum nos recte fecisse: & ualidas ad nos perterrendos: ut ad aliquod præsidium conuerteremur. Hoc nos olim iam facere uolentes etiam in pace missis ad uos: qui defectione agerent: tunc uobis responsibus facere prohibiti: nunc Boetii prouocantibus confestim optempauimus: existimantes duplicem hanc esse defectionem: unam ne stantes ab Atheniensibus gratia opprimamus: sed eam in libertate asseramus. Alteram ne ipsi in posterum ab illis perfligamur: sed in coloniam nostram consulamus. Et præpropere quidem ac premature facta est hæc nostra defectio. Quo magis oportet uos socios receptis nobis quam celerissime subuenire: ut declaretis uos eodem tempore & eos tutari quos debetis & hostibus obesse. Ad quod adest oportunitas tanta quanta nōdum ulla. Si quidem & morbo consumpti sunt Athenienses & sumptibus nauibusque eorum partim circa oram uestram agitant: partim aduersus nos instruuntur. Ut credibile non sit eos abundanturos classe si uos æstate, hac nauibus pariter ac peditatu rursus eos inuadatis: sed aut non futuros pares uobis maria obeuntibus: aut utrisque uobis nobiscum cessuros. Neque uero quisquam existimet pro peregrina se terra debere domesticum adire periculum. Cui enim procul abesse uideat Lesbos huic illa utilitatem e propinquo præstabit. Nam non in Attica bellum erit quemadmodum aliquis putat: sed illic unde Attica summit emolumentum. Est autem illi pecuniarum prouentus a sociis: eritque etiam maior si nos in potestatem redegerit. Quoniam neque alius deficiet & nostra illorum fiet: Nos quoque duriora patiemur quam qui iam pridem

Hota



seruierunt. Quod si nobis impigre uos auxilium tuleritis: tum Ciuitatem accipietis praeditam magna classe: cuius in primis uos indigetis: tum Athenienses facilius destruetis supraactis eorum focis: cum quisque sit audacius desciturus: tum eam quae uos premit effugietis inuidiam: non opitulandi iis qui ad uos desciscunt. Si autem uos illorum liberatores ostenderitis uires belli firmiores habebitis. Erubescetes igitur frustrari graecorum de uobis spes: erubescetes. Iouem Olympium cuius in templo aequales uobis supplicesque sedemus: protegit Mitylenaeos inita cum eis societate: nec prodere uelitis priuato quidem corporum periculo expositos: sed commune omnibus si recte succedat utilitate allaturos: commune perniciem si recte non succedet uobis frustra temptatis. Estote uiri quales & graeci uos censent esse: & nostra necessitas desiderat. Talia Mitylenaei dixerunt. Quae cum audissent Lacedaemonii ac focii approbassentque Lesbios in societatem recipiendos censuerunt. Et Lacedaemonii tanquam in Atticam expeditionem sumpturi edicunt focis quae aderant: ut primo quoque tempore cum duabus partibus praesto essent & ipsi in primis profecti: phalangas nauium apud isthmum comparabant: ueluti illae Choriho subuecturi ad mare quod Athenas spectat: ut hostes classe pariter ac peditatu inuaderent. Et hi quidem haec strenue confecerunt. Caeteri quoque focii lente conuenerunt: tum occupatione fructuum legendorum: tum tunc deo militandi. Eos cum intelligerent Athenienses per contentum hostilis ibecillitatis se instruere: centum naues armauerunt: uolentes declarare non recte illos sentire: sed praeterquam quod classem mouerunt: uel quae ad Lesbum uel quae circa Peloponnesum esset: facile posse resistere. Ingressi eas tam ipsi praeter equestres & secundi ordinis homines quam peregrini praeteruecti isthmum se se ostentabant: & in Peloponnesum solum quacumque eis uidebatur egrediebantur. Hanc Lacedaemonii classem longe maiorem opinione cernentes: arbitrati & falsa esse quae a Mitylenaeis referebantur: & sibi rem arduam cum neque focii adessent: & triginta naues Atheniensium: quae circa Peloponnesum erant uicina urbis ipsorum uastare nuntiarentur: domum redierunt. Post haec aedificata classe quam in Lesbum dimitteret quadraginta naues per Ciuitates edixerunt: delecto Alcida nauarcho qui illuc se conferret. Athenienses ubi illos abiire senserunt: & ipsi cum centum nauibus abierunt. Per hoc tempus quo praefecta sunt haec naues Atheniensium longa & instructissima & ornatisima classis fuit: & si circa belli initia tot numero & uel plures naues extiterunt: certum non Atticam Euboiam salaminem custodiebant: totidem circa Peloponnesum uolabant. praeter illas quae ad Potidaeam & alibi erant. Ut in summa fuerint una aestate ducentae quinquaginta. Quae res praecipue pecuniam exhausit & illa Potidaea. Si quidem quae Potidaeam defenduntur milites fuerunt autem principio tria milia: nec pauciores quae obsederunt: tum mille & sexcenti. qui prius cum Phormione abierunt bias dragmas singulis diebus acceperunt: alteram suo alteram famuli noie: eadem & uniuersae naues mercedem. Atque ita pecuniae primum consumptae sunt & tot tantaeque naues expletae. Per idem tempus Mitylenaei quo Lacedaemonii apud isthmum agebant: Methymne tanquam prodicionem molienti bellum a terra intulerunt: adiunctis auxiliariis temptataque urbe: cum res non procederet qua parte expectabant in Antissam & Pyram & Eresum abierunt. Quarum Ciuitatum cum eis reuersis Methymnaei cum copiis Antissam inuadunt. Sed ab Antisseis auxiliariisque quibusdam qui superuenerant perculsi multis amissis caeteri trepide recesserunt. Haec ubi Athenienses rescierunt ac Mitylenaeos terra potiri: nec illis

Antissa

Antissa

prohibendis pares esse milites suos: mittunt in eunte Autumno Pachete Epicuri filium prode cum mille sui corporis militibus: qui in nauibus officio remigum functi cum Mitylenem appulissent eam simplici muro cingunt ac ualidis in locis castella excitant. Et Mitylene quidem utrinque iam & a mari & a terra uehementissime urgebatur hyemisque appetebat. Caeterum Athenienses ad oblidionem deficente pecunia: tunc primum ipsi tributum contulerunt ducenta talenta: & ad socios legendae pecuniae gratia duodecim naues miserunt Lysicle cum quattuor collegis duce. Is cum alia loca circum uectus illinc pecuniam exegisset: ex Meunte per Meandrium campum transgressus Cariam ad colle usque Sandium a Caris Aneitibus inuasit & cum multis suorum caesus est. Eadem hyeme Plataenses adhuc enim a Peloponnesibus & Boetiis obsidebantur: cum & penuria rei frumentariae laborarent: neque in Atheniensibus ulla spes defensionis esset. neque alia salus ostenderetur consilium seunt ipsi: & qui una circumsidebantur. Athenienses primum ut spatio hostium muro omnes exiret: si uero consilium possent auctoribus Theeneto Tolmido uiro uaticino & Eupolpida daumachi filio: qui ipsis praerant: deinde dimidia parte quae ingens existimaret periculum reformidante: ad ducentos fere ac uiginti in Snia exeundi permansere in hunc modum. „Scalas ad altitudinem muri fecerunt sumpta illius mensura ex Latercalorum coagmentatione: qua parte murus ad eos spectans tectorio carebat. Numerabant autem per multi pariter coagmenta lapidum: quoque non nulli erant aberraturi: sed a pluribus uera rationatione coniectabatur: cum plerumque saepius numerarent: & cum non longe abeant: facile murus in id quod uolebat subiectus oculis erat. Itaque hinc in modum proceritatem scalarum ex crassitudine laterum coniectantes instar muri caeperunt. Erat autem Peloponnesium muri structura huiusmodi. Habebat is duos ambitus alteque plateas uersus alteque exterioris: si quis Athenis adoriret sexdecim iter se pedum spatio distantes. Quo in spacio hanc tacula custodi aedificata erat: distincta quidem sed coniuuata ut unus iolidus murus uideretur: utriusque pinas habens: & ad decimam quaque pinnam ingentes turres: eiusdemque murus crassitudinis: & ad eius fratres intrinsecus extrinsecusque tectores: ne transitus circa: sed per eas esset. Noctibus quotiens ibat illi relictis pinis custodias e turribus parum remotis ac superne tectis agebat. Huiusmodi quem obseruabant Plataenses murus erat. Qui postea quae re instruxerant: obseruata nocte quae & pluuia & uento turbida esset: & praeterea sine luna exierunt duobus eisdemque conatus auctores erant. Et primum fossas quae ipsos ambibat transeunt. Deinde muro succedunt ignaris hostium custodibus: ut pote non prospicientibus propter tenebras: nec exaudientibus accedentium strepitum uento obstrepente. Et nihilominus isti ne arma inuicem offensa sensu praerent: multum inter se distantes ibant. Erant autem leuiter armati sinistro tantum pede calceato ne in luto laberentur. Igitur qua inter turrim erat pinnis subeunt: scientes illas esse desertas: priusque conscendunt quae scalas tulerant admouerantque. Deinde duodecim pugione solum ac thorace armati: duce Ammea Corebi filio quae & primus ascendit. Hunc sex qui sequebantur utranque superant turrim: Post quos deinde succedunt alii cum eadem armatura ac iaculis a tergo horum quos facilius procederent: aliis scuta gestantibus: & cum prope hostes uentum esset tradituris. Vbi maiore ex parte muros euaserant custodes turrium sensere. Nam quidam Plataensium apprehensam in ascendendo regulam e pinnis eiecit: quae cadens sonitum fecit: statimque a custodibus uociferatum est. Exercitus quoque ad muros contendit non enim sciebat quidnam discriminis foret: nocte obscura & procellosa & alioquin qui reliqui erant in urbe

f ii



Plataenses egressi Peloponnesium murū diuersa q̄ qua sui conscēderant parte inuadunt: ut q̄ minimum illis mentē hostis auerteret Tumultuabantur itaq; Peloponneses in loco manentes: nemo tamen eorum ex custodia opē ferre audebant: sed in anticipari erāt quidnam accidisset contestantes. Eorum trecēti illi quibus datum negotium erat ut si quid opus esset subsidio forent e muro ad uociferationē processerūt. Facēsque hostilis aduētus indices Thebas uersus sublatae sunt. Plataenses & ipsi ex suo muro cōplures excitāt faces: prius ad hoc ipm̄ preparatas ut hostis quid sibi lumina uellent: incertus & aliud aliquid contigisse q̄ q̄ erat existimās opem non ferret dum focii sui qui exierāt fugam ac turba caperent. Interea Plataensium quicūq; primi conscēderāt: utraq; turri custodia occisis potiti earum transitus: nequis illac subsidio ueniret tutabatur: & admouentes e muro turribus scalas plerosq; in superiora recipiebant: iis qui pro turribus stabant missilibus eos qui ueniebant auxilio superius iferiusq; arcentibus. Eoq; plures interea scalas ipsi iam plures admouebāt simulq; defectis pinis per interturrium ascendebant. & subinde qui recipiebantur crepidini fossa iminens sagittis illinc atq; iaculis incessabat: si quis hostiū auxilio ueniret ad prohibendum tēporum transitum fossae. Vbi omnes transierūt murū sed ægre & nouissime qui de turribus descenderunt ad fossam tendūt. Ibiq; ex aduerso se offerūt trecēti illi lumina gestantes. Quibus eo magis conspectis Plataenses eadem causa minus ipsi conspicendi: præter q̄ q̄ in obscuro erant p̄ crepedine fossae stantes nuda corporū missilibus feriebāt: ita postremi quoq; fossam trā miserūt difficulter tamē & operose. Nā eius aqua nō ita solidā cōcreuerat glaciē ut permeari posset: sed aquosa glacies erat: qualis sub solatio potiusq; Aquilone flante sub sole eēt: & eo uento nox illa pluuiosa fossae aquā uāhemēter adauxerat: q̄ uix extātes transierūt & ipsi magnitudinem tēpestatis potissimū ad fugam elegerant. Illinc digressi uiam quæ Thebas fert ire conferētī pergūt ad dexterā habentes lunonis delubrum ab Androcrate conditū: quod uidelicet existimaret minime creditum iri i id se iter deflexisse quod ad hostes ferret: & simul cōspiciatur Peloponneses cum luminibus persequētes uiam q̄ per Citheronē & capita quercus Athēas ducit. Vbi sex septem uestadia Thebas uersus perrexerūt: diuertentes uia quæ per montem ad Erythras & Nysias fert abierunt: adeptiq; montes Athenas perfugerunt numero ducenti duodecim ex pluribus. Si quidē non nulli eorum anteq̄ murū conscēderēt in urbē reuerterūt: unus sagittarius in exteriori fossa captus est. Peloponneses postq̄ aferēdo subsidio destiterūt: in sua quisq; statione manserūt. At Plataenses ex urbe nullus eorum quæ contingerat gnari cæteris qui redierāt: neminē superesse renūtiātibus: ubi illuxit caduceatorem miserunt de mortuis recipiendis: sed re cōperta destiterūt. Atq; hūc imodū Plataenses munitiones transgressi salutem sibi pepererūt. Sub extremū eiusdem hyemis ex urbe Lacedæmone missus est cū triremi Mitylenem Salæthus Lacedæmonius qui uectus in pyrā pedestri illic itinere: p̄ alueū quendam torrentis: qua munitiones trāiri poterāt: occulte ingressus est Mitylenem: retulitq; primoribus expeditionem in Atticam fore: & quadraginta naues quæ auxilio ire debebant pariter affuturas: seq; cū hæc rerum: tū aliarum curandæ gratia præmissum. Vnde Mitylenæi sumpta fiducia minus ad Athenienses animo inclinabantur ut cum eis conuenirent. Atq; hæc hyemis q̄rtusq; annus belli excessit quod Thucydides conscripsit. In sequentis æstatis principio Peloponneses postq̄ Alcida qui eorū erat nauarchus cum quadraginta nauibus cūq; mā-

Opus

Imos templi

Capitulum quercus

rūt: eidemq; templū ex lapidibus centum pedū ædificauerūt Agrū publicatum ad decem annos locatū coluere Thebani nō nihil & prope modū omīo Lacedæmonii Thebanorū gratia: si auerſa Plataenſibus fuere exiſtimātes bello quod iam nū excitatū erat peruciles illos fore. Hunc finem habuerūt quæ geſta ſunt ad Plataea nonageſimo tertio anno q̄ Plataenſes inierūt cum Athenienſibus ſocietate. Quadraginta autē Peloponnēſium naues quæ Leſbo uenerant auxilio: poſtq̄ p̄ pelagus p̄ſequentē Athenienſiū claſſem fugientes prope Creta tēpeſtate iactatæ illic pallātes Pelopōneſū tēuerūt offēdūt apd̄ Cyllenē triremes tredecī Leucadiog; Ambraciorumq; cū Braſida Tellidis filio Alcida Conſiliario q̄ illuc ſuperuenerat. Habebāt enim in animo Lacedæmōii: quōiā eos Leſbos ſeſelliffet adauctā claſſem mittere i Corcyram ſeditioe laborantem: cum duodecī omīo naues Athenienſiū ad Naupactum eſſent. Vtq; id prius q̄ Athenis plures ſubuenirent Braſidas & Alcidas occuparent inſtructi erāt. Etenim Corcyreſes inſeſtim agitabantur diſcordiis: Ex quo ii qui pugna nauali ad Epidamnū capti domum a Corinthiis remiſſi fuerant: uerbo qdē ob oſtingenta Talēta: quæ Corcyrenſiū hoſpites p̄ ipſis fideiuſſerāt: re autem ut Corinthiis Corcyra ab eis perſuaſi ſubiicerent. Et ſolicitantes iſti ſingulos Ciues nitebantur ab athenienſium ſocietate abducere: Cūq; Attica nauis & item Corinthia ueniſſet: utraq; cū legatis ac uentū incolloquum eſſet: cenſure Corcyrenſes Athenienſes quidem ex conuentis ſocios eſſe: Peloponnenſes uero quēadmodum prius amicos. Si quidē Pithias q̄ præerat Ciuitati uolūtarius erat Athenienſium hoſpes. Eū uiri iſti in iudicium uocāt: ponentes in crimine q̄ Corcyram ſubigeret Athenienſibus abſolutus hi inuicem reos facit quinq; ex eis maxime locupletes: q̄ diceret illos p̄cedere uallos e Louis Phano & Alcina quog; pro ſingulis ſinguli ſtateres erat poena conſtituta: Quam poenā cū ſoluere deberent ob eius magnitudinem apd̄ tēpla federēt ſupplices: ut mulctā ſoluēda modificaretur. Pithias ſuadebat aliis ad hec enim princeps Senatus erat ut lege uterentur illi: quando quidē lege cōpellebantur & ſimul audiebant Pithiā quo ad ſenator eēt: multitudinī ſuaſi ut eoſdem amicos hoſtesq; duceret quos Athenienſes facta manu arreptiſq; pugionibus repente in Senatum: irrumpunt ac Pithiam obruncant: & aliorum tam ſenatorum q̄ priuatorum ad Sexaginta. Pauci eorum q̄ cum Pithia ſenſerant ad Atticam triremem quæ ad huc aderat eſſugiunt: hac illi re p̄petrata conuocatis Corcyrenſibus inquit: optime ſic habere ſe rem & minime redigi iam eos ab Athenienſibus in ſeruitutem: qd̄ reliquum ē neutros niſi pacifici: cum ſingulis ueniant nauibus repiendos: ſi cum pluribus p̄ hoſte habendos. Vbi ea hæc dixerūt & ad ea decernēda adegere populū ſtatim legatos Athenas mittunt: qui & rem geſtam doceant: tāq; ita fuerit opus factō: & eis qui illuc cōfugiſſent pluadeant: ut nihil inconueniens agerent ne quid turbaretur. Hi cum Athenas perueniſſent tanq̄ res nouas molientes: Et ii quoscuq; perſuaſerant ab Athenienſibus comprehenſi ſunt: Et apud Aeginam i cuſtodiam habiti. Interea Corcyreſium optimates ſub aduentum Corinthiæ triremis legationiſq; Lacedæmoniorum populū adorti ſunt: ac pugna cōmiſſa uicerunt: noctiſq; interuentu in arcem populū atq; urbis ſuperiora conſugit: ibiq; frequētes cōmunito loco portum hylaicum tenebant. Victores ſorum cæperunt ubi permulti ipſorum habitabant: & portum qui in ſorum & in continentem ſpectat. Poſtero die nō nihil inter eos miſſilibus cerratū eſt: & ab utriſq; in agros miſſum ad ſolicitanda ſeruitia ſponſione libertatis. Sed ad ſocietate potius populū multitudo ſeruitioꝝ

ſe conſulit. Ad alteros uero oſtingenti e continente auxiliare. Atq; uno die interiecto cōmiſſa iterum pugna populū uicit: tum locorū ui: tum hominum numero ſuperior: ſoeminiſ quoq; eū adiuuantibus: quæ audacter & ſupra ſexum ſuſtinentes tumultum regulis hoſtem e domibus feriebant. Facta ſub crepuſculū fugauerit optimates ne tublato clamore ipſo impetu aduerſarij naualia occuparet: & ſe occiderent: circūiectas foro domos & illis contiguas. ne qua in eos fieret ipreſſio incendunt: neq; ſuis neq; alienis parcētes. Adeo ingentis pecūiæ res negotiatorum ſunt cōcremata: ueniſſetq; in periculū urbis ne abſumeretur: ſi uentus flāmæ urbem uerſus inguiſſet. Vbi a pugna tanq; utriſq; ceſſatum eſt quieti noctem in cuſtodia egerunt: & quia populū uicerat nauis Corinthia clā deſtina diſceſſit: itemq; auxiliariū pleriq; latentes hoſtem ſe in continente recæperūt. Poſtea luce Nicoſtratus diotrephis Athenienſium dux ex Naupacto ad opem ferendam uenit cum nauibus duodecim: quingentiſq; Meſſeniog; armatis. Atq; quo inconcordiam reducat perſuadet ut iuicem cōcederent: decem uiros ad condemnationem qui precipui malorum auctores extitiſſent. Qui tamē iudicium non expectarunt: cæteri urbem habitarent iſto inter ſe & cum Athenienſibus fœdere ut eoſdem p̄ amicis eoſdem pro hoſtibus haberent. Hæc cū trāſeგიſſet abituruſq; eſſet: egerunt cum eo primores populi: ut quinq; ex ſuis naues ipſis reliqueret: quo minus altera ſe factio mouere poſſet: totidem ex eis q̄s expleſſent cum illo mitterent. Quo acquieſcente ſuos aduerſarios in naues delibebant. Sed illi extimeſcētes ne Athenas oblegarentur: i templo Pollucis & Caſtoris ſedebant: Nicoſtrato excitante eos ac conſolāte: ſed fruſtra. Vnde populū hac ratione tanq; nihil ſani cogitarent: diſſiſi cum Nicoſtrato nauigare omnia e domibus illorum arma: ſummouet: & non nullos ut quiq; incidebat optruncat: utiq; niſi Nicoſtratus prohibuiſſet. Quod fieri cernentes alii conſederunt in templo Iunonis ſupplices nō pauciores quadringentis. Cæteriū ne quid ab iis inouaretur ueritus populū perſuaſos erexit: & in inſulā que e regione templi Iunonis eſt transportauit: quæq; ad uſum uitæ erant mittebat. Cum i hoc ſtatu ſeditio eſſet quarto quinto ue a transportatione in inſulam die naues Peloponnēſium excyllene ueniunt ſtatione illic habita. poſt reditum ex Ionia numero tres & quinquaginta duce Alcida: ut prius ſocio conſiliorum Braſida igreſſæq; portum Sybota: qui eſt in continente ſub exortum auroræ in Corcyra tendunt: hic magno tumultu trepidantes oppidani tum circa res urbanas: tum circa hoſtiū aduentum ſexaginta pariter inſtruunt naues: & ut quanc; expleuerant in occurſum hoſtium mittunt. Athenienſibus ut ſe priores exire ſinertent illiq; poſtea cum omni claſſe ſuccederent hortantibus. Vbi ſparſim euntes hoſtibus uicine fuerūt duæ protius ad illos trāſeūt. In cæteris hi q̄ erant Corcyrenſes inter ſe præliabantur nullo ordine: ſed omnia tumultuoſe agentes. Conſpicati id Peloponnenſes duodecim in hos naues dirigunt: reliquas in duodecim Atticas: quarum duæ erāt Salaminia & Parala. Et Corcyrenſes quidem & mébratim & in composite concurrentes a ſeipſis p̄ſtigabantur. Athenienſes uero timentes hoſtium multitudinem: ne ue circūuenirentur non in conferctas: neq; in earū medium quæ ex aduerſo inſtructæ erant incurrunt: ſed in cornu impactæ unam nauem demergunt: deinde in orbem diggeſtæ hoſtilem circūeundo turbare conabatur. Quo cognito qui aduerſus Corcyrenſes erant timore p̄culſi: ne idē quod ad Naupactum contingeret auxilio ueniunt: addenſatæq; omnes pariter i Athenienſes dirigunt curſum. Illi iam ceſſim euntes ſe ſubducebant: uolentes eſſe dū

2  
Ipsi lente retrocedunt & hostes ex aduerso instructi sunt tunc maxime fugā occupare Corcyrenses. Talisq; pugna i solis occasum extracta est: Corcyrenses suspicati in se urbem uel hostem ut uictorem uenturum: aut ex insula uiros reportant iterum in delubrum lunonis urbemq; custodiunt. Hostis quanq; uictor tamē non ausus urbem petere: cum tredecim quas ceperat Corcyrensiū nauibus incontinentem unde profectus fuerat concessit: nihilq; magis postero die ausus: & si perturbata uahementer ac trepida Ciuitate: quis brasida ut fertur Alcida adhortante cum numero Sniarum esset inferior egressus est i Leucymna promontorium agrosq; uastabit. Interea istius aduentum metuens populus Corcyrensis uenerat in colloquium cum supplicibus aliisq; de conseruanda Ciuitate: & eorū non nullos ut naues conscenderent persuaserat. Nam ut cūq; triginta expleuerant & hostium opperiebantur aduentum. At illi ad meridiem uicq; terrā populati uella fecerunt: per noctem autem lumina eis significauerunt sexaginta Atheniensium naues proficiscentes a leucade. Quas Athenienses facti certiores de Corcyrensiū seditione deq; classe quæ illuc cum Alcida erat: itura miserant duce Eurymedonte Thucleis filio: itaq; eadem nocte festinabundi domum se itinere terrestri receperunt: nauibus ne incircueūdo conspicerentur per leucadium Isthmum incōtrarium littus traductis. Harum discessum & Atticas aduentate ubi sensere Corcyrenses in urbem Messenios qui prius extra erant introducunt: nauibusq; quas expleuerant iussu hyllaicum adire portum: dum circumuehētur si quem hostium nanciscerentur occiderunt. Et quocunq; adconscendēdas naues induxerant eiectionis abierūt. Et ad delubrum lunonis profecti: cum ex supplicibus circiter triginta ad subeundum iudicium persuasisset: omnes morte damnauerunt. Quod cernentes qui persuasi non fuerant: ibidem in templo se mutuo interemerūt: quidam ex arboribus se ipsos laqueis suspenderunt omnes ut cuiq; licuit sibi mortem cōsciuerunt: septemq; intra dies quibus Eurymedō cū sexaginta nauibus mansit: Corcyrenses eos qui ipsorum uidebantur inimici morte multarunt: crimini illis dantes q; statū populi dissoluerent. Occisi sunt etiam quidam priuatæ simultatis causa: quidā & pecuniarum creditarum ab ipsis debitoribus. Omnis deniq; mortis spēs uidebatur: nihilq; non contigit quod in huiusmodi casu fieri solet atq; etiam amplius. Et enim pater filium uita priuauit homines a templis ad necem abstrahēbantur: atq; adeo intra ipsa necabantur. Alii obstructo bacchi delubro ui mortui sunt. Eo usq; processit cruenta seditio: ob id quoq; uisa maior q; prima hæc apud eos extitit. Nam postea in omni probe gratia grassata ē: ubiq; factionibus exortis cum primores populi accerserent Athenienses optimates Lacedæmonios hac in pace non habentes causā pariter & occasionem: quam in bello ut alterutris in societatem accitis: sui corporis hominibus prodesse & diuersi nocerent. Quibus illecebris cupidi rerum nouarū facile inducti sunt: multaq; per seditionem Ciuitatibus & acerba acciderunt: & accident semper quoad eadem natura hominum erit uel atrociora: uel mitiora uel aliis modis uaria pro ut quæq; mutationes fortuitorum cōtingēt. Si quidē in pace ac rebus secundis tum publice tum priuatim melius homines sentiunt: q; in odiosas necessitates non incidunt. Bellum uero copiam rerum subtrahēs quotidiani uictus uiolentus magister est: & ad præsentem cōditionem impetum multorum accommodat. Agitati sunt itaq; seditionibus status Ciuitatū: & quicquid alicubi actum audiebatur aliorum animos ad id postea superandū

151  
40  
acuebat: uel rerum nouitate: uel conatus solertia uel ultionis insolentia: confusis rerum uocabulis inexcusationem imutatis. Temeritas. n. fortitudo: amicorum studiosa uocabatur: considerata cūctatio honesta formido: modestia ignauia: uelamentum: in omnibus solertia in omnibus segnitates: præceptis indignatio uiriliter ascribatur: tuto consultare excusata tergiuersatio erat: q; exituaret is fidelis semper: qui huic contradiceret is suspectus habebatur: Cui insidiae succedebant hic erat astutus: & eo astutior si alterius insidias prouidisset: qui prospiciebat ne foret in partibus amicitiae dissolutor & aduersariorū timens. Omnino qui in nocendo alterum præuenisset: laudabatur: & qui ad hoc non cogitaret exhortatus esset. Quinetiam ex alienis q; ex propinquis sodaliciū potius q; ad audendum sine excusatione paratus erat. Non enim huiusmodi conuentus p leges latas ob utilitatem: sed contra leges ob auaritiam fiebant. Nec fidem iter se magis habebant iure diuino q; aliquo in re. p. scelere. Ea quæ ab aduersariis probe dicebantur: non animi generositate admittebant obseruabantq;: sed si ad suā utilitatem redundarent prius faciebant talionem reddere q; nihil iniuriæ pati. Iusturandum si quando inuicem interponeretur de fide præsentis recōciliatiōis: tandiu ualebat q; diu nihil aliunde uirum accedebat. Quantulacūq; i re quis audendo alterum occupasset: quē securum uidisset hoc ubi iocūdius propter illius fidei fiduciam ducebat q; si ex professo id faceret. Quoniam id & tutum factū eē & quia malitia uicerat certamen extitisse prudentiæ arbitrabatur: cum facilius nocentes quæ magna multitudo est: uocentur industrii q; imperiti boni: & in hoc quidem homines erubescant: in illo quidem gloriantur. Quarum rege omnium causa est auaritia & honorum appetitus: & ubi de illis certamen: est prius studia. Nam qui in Ciuitatibus præerant honesto utriq; nomine: alteri statū popularem æqualitatem Ciuilem: alteri paucorū regimen optimatum appellantes præferebāt: & uerbo quidem rem. p. fouentes certabāt: sed hoc iter eos quoquomodo uincendi erat certamen: tum atrocissima quæq; audendo: tū atrociores poenas irrogando: non illas ex modo iustitiæ aut ex utilitate Ciuitatis: sed sua se per uoluptate metientes: q; utriq; de alteris utcūq; capiebāt: siue per iniqua suffragia condemnatis: siue ui oppressis expediti ad implendam statum animi cōcitationem. Adeo neutri deorum religionem ullius momenti faciebant in conprehendo: sed qui aliquid commodius tranlegissent colore uerborum ii ab omnibus melius audiebant. Quisquis ciuium in partibus non erat: iis ab utraq; factione occidebatur: uel q; ab illa non stabat: uel propter inuidiam q; malorū erat immunis. Ita propter seditiones omne facinoris genus in gratia extitit. Et simplicitas quæ picipue generositatis est particeps: cum derisu exterminabatur mutuoq; consilia cū perfidia interciperet res excellens existimabatur. Inter reconciliatos enim nullus sermo robur habebat: nullum iusturandum timori erat: & cūcti ad diffidendum q; ad fidendum priori cogitatione malebant sibi prospicere ne quid calamitatis acciperent q; credere. Infirmiores quoq; consilii hoies plerūq; superiores erāt. Quippe qui & sui sibi defectus concilii & aduersariorum prudentiam intelligentes: ueriti ne eorum & disertæ orationi essent impares: & agilitate ingenii præuenirentur ad rem agendam temerarii descendebant. At illi tum præ horum contemptu q; longius prouiderent: tum quia non oportebat facto aggredi quæ consilio agere licet incauti magis opprimebantur. Apud Corcyrā itaq; multa huiusmodi audaciæ exempla sunt ædita: & item quæcūq; facerent uel qui se aduersus ultores dāni iniuria dati potiusq; iure rursus ulciscerentur:

vel qui ex diuturna inopia eximi uellent: uel qui uicinorū bona affectātes quae  
 maxima causa fuit: contra uis assequi se illa considerent: uel qui nō auaritia sed  
 indignatione ducti propter inscitiam q̄ id æquum præcipue censerent seue & i-  
 effrenate inuaderent. Perturbata quæ tunc uita in ciuitate uictrix legum solita  
 hominis natura: ostendit illas libenter se præuaricari impotenti ira imbecillior:  
 iure potentior: plura possidentis inimica: uindictam sanctitati: lucrum innocen-  
 tiæ pponens: potentiæ nihil ipsi nocituræ inuidens: & cōes de his leges i quibus  
 repolita est omnibus spes salutis iter aduersa dissoluens expetenda aliorum ulti-  
 one: nec aliquid sibi relinquens: si quando ipsa in discrimen adducta: egeat aliq̄  
 illarum. Eiusmodi igitur iras ante omnia inter se Corcyrenses in urbe exercu-  
 erunt & Eurymedō Atheniensescq; cum classe profecti sunt. Post hæc ii qui pro-  
 fugerant Corcyrensiū ad quingentos enim eis euaserāt: captis muris quæ icō-  
 tinnente erant sua potiti sunt terra: atq; illinc egressi p̄das abigebant ex insula ho-  
 minibus loci magnā cladem inferentes: Ex quo ingens fames ciuitatem iuasit.  
 Iidem missa lacedæmonem Corinthumq; legatione de reditu suo: cum nihil  
 profecisset aliquanto post tempore comparatis nauibus auxiliariūscq; mili-  
 tibus: in insulam transierunt: numero omnes circiter Sexcenti: atq; incensis na-  
 uibus ne qua alia q̄ potiendæ terræ spes foret: montem Histionem conscēderūt:  
 ac muro ibi extructo eos qui intra urbem erant uexabant terra potiti. Extremo  
 huius æstatis Atheniensēs uiginti naues in Siciliam dimiserunt ducibus Lache-  
 te Melanopi & Chariapha Euphileti filio. Syracusani namq; cum leontinis bel-  
 lum gerebant: erant autem Syracusanorum sociæ præter Camerinam cæteræ  
 dorides ciuitates: quæ cum Lacedæmoniis ante ceptū bellum societatem con-  
 traxerant: Leontinorum uero Chalcidice camerinacq;. Ex italia locri Syracusa-  
 nis: Rhegini ut pote cognati Leontinis studebant. Miserunt itaq; socii Leōtino-  
 rum Athenas qui pro uetusta societate: & quia lones essent: pluaderēt illis ut na-  
 ues sibi traiecerent: prohiberi. n. se a Syracusanis & terræ usu & maris. Et tra-  
 iecerunt Atheniensēs per spēm necessitudinis: eo tamen consilio: ut neq; illinc  
 frumentum exportaretur i Peloponnesum: & temptarent nūquid possent sicu-  
 las res sibi subiicere. Igitur cum rhegium appulissent additis sociis bellum gere-  
 bant Et æstas excessit. Hyeme ineunte morbus iterum corripuit Atheniensēs:  
 nunq̄ ille quidem oīo quietus sed aliquātulum tamen interquiescens: tūc uero  
 imoratus non minus solido anno: prius autē etiā biennio: & nihil magis Athe-  
 nensium uires afflixerit. Neq; enim pauciores quattuor milibus & quadringen-  
 tis ordinariū militum: trecentorūq; equitū extincti sunt. Nam alterius  
 turbæ numerus iniri non pōt. Extiterunt præterea tremores terræ frequētes &  
 Athenis & in Euboia & cum in cætera Boetia: tum uero in orchomeno. Eadem  
 hyeme qui in Sicilia erant Atheniensēs ac rhegini cum triginta nauibus inua-  
 lerunt: Aeoli ut uocant insulas: æstate turas ab hostibus aquæ penuria. Colunt au-  
 tem liparæi Cnideorum coloni: sed ex iis unam incolunt non grādem nomine  
 liparam: & ex hac transeuntes uiri alias serunt: didymam strongylam & Hierā.  
 Creduntq; in hiera uulcanū exercere ætariā q̄ ea noctibus cernit p̄ multū ignē:  
 diebus fumum reddere. Sunt autem sitæ p̄æ insulæ siculum uersus ac Messanū  
 agrum: sociæ tunc Syracusanorum uastata horum terrarū cum dedere se se recu-  
 sarent: Rhegium rediere Atheniensēs hyemlq; & quintus annus exiit huius bel-  
 li q̄ Thucydides conscripsit. Appetente æstate Peloponnesēs ac socii sumpta i  
 Attica expeditione ad Isthmum usq; uenerunt: duce Agide Archidami filio La-

Atheniensēs .xx. naues  
in siciliam mittunt .i.

Dorides ciuitates

Aeoli insule

Hiera  
Vulcanus

Agis archidami .i.

cedæmoniorum Rege: sed cum crebri terremotus fierent: priusq; Atticam inua-  
 derent retro se recœperunt. Per hæc tempora tremoribus terræ Euboiam agi-  
 tantibus apud orobias: mare ab ea quæ tunc erat tellus cum æstu supergressum  
 partem quandam urbis restagnauit: eamq; alibi deseruit: alibi diluit: cum nece  
 omnium qui excelsa cursu superare nequierunt: & quod ætea tellus fuerat: nūc  
 mare est. Simillima huic alluuio extitit circa Atalantam insulam apud locros: &  
 Atheniensium tum castellum ex parte subruit: tum duarum nauium quæ sub-  
 ductæ erant alteram distregit. Et i peparetho restagnatio quædam citra tamen  
 alluionem & terremotus non nihil muri dirruit: atq; orreū & alias aliquot do-  
 mos. Cuius rei fuisse causam reor q̄ terremotus qua parte uehementissimus ex-  
 titit: illinc expulit mare & cum rursus illud uolentior repente retrahit fecit al-  
 luionem. Sine terremotu autem nō uidetur mihi contingere: ut hoc fiat. Eadē  
 æstate alii quoq; in Sicilia ut quibusque cōrigit: belligerauerunt & ipsi Siciliē  
 ses inter se: alii aliis arma inferentes: & Atheniensēs sociis iunctis. Quæ autem  
 aut hi contra hos illi gesserunt: maxime digna memoratu: horum habeo men-  
 tionem. Etenim Chariada Atheniensium duce occiso a Syracusanis in bello: La-  
 ches penes quem summa potestas nauium erat cum sociis profectus est Mylas  
 Melaniorum: ubi erant præsidio duæ cohortes illorum quæ cum insidias quas-  
 dam classicis tetendissent: ab Atheniensibus ac sociis in fugam uersi multos e-  
 suis amiserūt. Et admotis admunitionem copiis: pactionem facere coacti sunt:  
 ut & arcem dederent: & aduersus Messanam una militarent. Et mox Mamerti-  
 ni progredientibus Atheniensibus sociisq; deditionem & ipsi fecerunt: datis ob-  
 sidibus & quecunq; ad fidei tutelam pertinent præstitis. Eadem æstate Athenien-  
 ses triginta quidem circum Peloponnesum naues dimiserunt. Quibus præerat  
 Demosthenes Alcisthenis & Procles Theodori filius. Sexaginta uero in Melum  
 cum duobus milibus armatorū: quibus præerat Nicias Nicerati filius. Melios  
 enim cum essent insulani q̄ dico audientes esse nollēt & militæ societatem ab-  
 nuerent subigere uolebant. Vbi uastato agro nihil minus illi ad pacitædum de-  
 scendunt. Atheniensēs in Oropō quod est e regione traiciunt. Cūq; per noctē  
 quieuisent protinus armati & nauibus itinere pedestri in Tanagram Boetiæ ire  
 pergunt. Et ex Athenis cunctus populus ducibus Hipponico Calliæ & Euryme-  
 donte Thuclis filio: dato signo eodem loci per terram occurrunt. Communitis  
 q; castris huc diem commorati in Tanagra populationem fecerunt. Ac postri-  
 die superatis prælio qui progressi inuaserant Tanagræis: & aliquot qui auxilio  
 uenerant Thebanis: detractis armis trophæo posito abierūt: hi ad urbem illi ad  
 naues. Cum quibus nauibus profectus Nicias ubi locridis oram populatus ē do-  
 mum rediit. Per idem tempus Lacedæmonii Heracleam in Thrachinia coloni-  
 am posuerunt hac de causa: Miliensēs in tres uniuersi partes distinguntur Para-  
 lios Hieres & Thrachinios. Ex his Thrachini cū ab oetæis finitimis bello uexa-  
 rentur: habuerunt in animo a principio Atheniensēs asciscere: sed illorum diffi-  
 li fidei Lacedæmonē mittunt Tisamenum prolegato: cum quo ad idem rogan-  
 dum perexerunt dores: quæ est Lacedæmoniorum metropolis: & ipsi ab Oetæ-  
 is uexati. Hos cum audissent Lacedæmonii cœpere consiliū mittendæ colo-  
 niæ: tum ad Thrachinios doresq; protegendos: tum quia bello Atheniensis com-  
 mode sibi Vrbs sita fore uidebatur. Quippe ad instruendas cōtra Euboiam na-  
 ues exiguum traiectum esse: & in Thraciam euntes, oportunitum diuerticulū ha-  
 bituros. Itaq; omni ope ad condendum oppidum incumbunt: consulto primū  
 g iiii.

Orobias



Heraclea

Cenae euboicae pro

apud delphos deo. Quo annuente colonos miserunt: tum suorum: tum circa populorum aliorumque graecorum uoluntario quoque sequi iussu: praeter Iones: & Achaeos: & aliquot alias gentes: tribus Lacedaemoniis ponenda colonia ducibus Leonte Alcida damagonte. Hi collocatis colonis urbem ex integro muris cingunt: quae nunc Heraclea nominatur: tractu fere quadraginta stadiorum a Thermophylis: dimidio a mari distans. Naualia quoque & praeparauerunt & ceperunt facere iuxta Thermophylas: atque ipsas angustias ad tutelam rerum suarum. Hac urbe instituta Athenienses a principio timere coeperunt ac sentire aduersus Euboiam: praecipue illam conditam esse: quae breuis illic esset ad Cenaeum Euboiae tractus. Sed eis postea praeter opinionem quia nihil inde calamitatis euenit: idque ob hanc causam quae & Thessali qui ibi rerum potiebantur: & ii quorum in solo urbs condita erat: ueriti ne praepotentes accolae haberent interstarunt: assidueque bello novos colonos Lacedaemoniis: donec ad paucissimos redigerent: cum fuissent initio permulti: ad dactem uno quoque illuc eunte tanquam stabili futura ciuitate: Cuius auctores Lacedaemonii essent. Tam & si Lacedaemonii principes illuc traicientes: uel ipsi maxime & statum destruxerunt: & homines ad paucitatem redegerunt: tum deterrendo plurimos: tum non nullus in rebus asperare imperando. Ex quo facilius finitimi eos superauerunt. Eadem aetate & eodem tempore quo apud Melon Athenienses tenebantur: triginta eorundem naues quae Peloponnesum lustrabant: primum apud eilomenum leucadiae insidiis potius quosdam ex praesidiis interceperunt. Deinde ampliore cum classe Leucadem petierunt committantibus cum eis populariter Acarnanibus: praeter Oeniades Zacynthiisque & Cephalensisibus ac Corcyrentium quindecim nauibus. Qua tanta hostium manu oppressi Leucadii: cum ipsorum ager tam extra quam intra: ubi Leucas ipsa sita est: & Apollinis templum uastaretur quiescebant. Et quidem Acarnanes agebant cum Demosthene Atheniensium duce: ut eos muro intercluderet: Exultantes tum eam Ciuitatem facilem fore ad expugnandum: tum se illa semper ipsis hoste liberandos. Caeterum ille tunc a Messeniis suadebatur: tanquam honestum esset tanto exercitu coacto arma Aetolis inferre quae & Naupacti: hostes essent: & si hos superassent facile his copiis caeteram Epirum in potestatem Atheniensium redacturos. Nam & si gens Aetolorum grandis esset & bellicosa: tamen cum uicos muris caerentes: & hos inter se ualde distantes habitaret: & leui armatura uteretur: aiebant non difficulter eam subigi posse antequam succurreret: iubebantque ut primum inuaderent Apodotos dehinc ophioneos post hos Euryranes: quae maxima est pars Aetolorum: lingua ignotissimos & quemadmodum dicuntur omophagi hoc est cruda carne uelcentes. His enim captis facile caeteros concessuros: Demosthenes quaerant apud eum Messenii gratia his uerbis adductus est: cum praesertim arbitraretur se sine Atheniensium copiis tantum Epiroticis locis cum Aetolis posse itinere terrestri aduersus Boetios ire: per locros ozolas ad Cytonium doricum quod Parnassum ad dexteram habet: usque dum ad Phocenses descenderet: quos sperabat propertua. cum Atheniensibus amicitia studiose commilitum praestituros: aut certe coactos. Et phocensibus contermina Boetia est. Igitur soluens a leucade cum omnibus copiis nauigauit in solion Acarnanibus inuitis. Cum quibus suum consilium cum communicasset: neque id illi amississent quae leucadem non intercludisset: ipse cum reliquo exercitu Cephalanensium Messeniorum terceturumque ex suis classiaris Atheniensium: nam quindecim corcyrentium naues abierant bellum intulit Aetolis: profectus ex oeneone locridis. Erant autem hi Ozolae foederati cum locris debebantque Atheniensibus praesto esse cum omni exercitu in Mediterraneis. Quippe cum finitimi sint Aetolis & genere armorum similes: ad haec & pugnae illorum & locorum periti magno ului eorum auxilia fore uidebantur. Et cum statua in templo Nemei Iouis habuisset: quo in templo fertur Hesiodus Poeta ab incolis interemptus: cum oraculum accepisset se in Nemea hoc esse passurum: sub auroram motis castris in Aetoliam pergit: Ac primo die Potidamiam expugnat sequenti Crocyliam: tertio Tichion. Ubi subsidens praedam in Eupolion locridis misit: habens in animo cum caetera in potestatem redigisset: sic aduersus ophiones: nisi se dederet: postquam Naupactum redisset: tendere. Sed non latuit Aetolos hic apparatus: ac ne tum quidem cum primum coepit consilium inuadendi. Postquam omnis exercitus introgressus est: tum ingenti manu omnes auxilio uenere etiam ab ultima ophionia: qui ad Maliacum sinum pertingunt. Bomientes Calliensesque. Ibi Demosthenem Messenii tale quiddam quale prius admonendum faciles esse Aetolos ad bellandum hortabantur ut quae primum irer ad uicos: nec expectaret dum uniuersi conferata acie occurreret: oblatam semper occasione raperet. Quibus ille uerbis acquiescens ac fortuna frater: nihil dum aduersi expertus locros qui uenturi sibi auxilio erant: non praestolatus cum praecipue iaculatoribus leuis armaturae egeret: contedit aduersus egitium aggressusque expugnat. Nam oppidani fuga dilapsi erant. & colles qui oppido imminet insidebant. Est enim litum excellis in locis remotum fere octoginta stadiis a mari. Ibi Aetoli iam enim ad auxilium uenerant: alii ex aliis tumulis decurrentes Athenienses sociosque inuadunt missilia ingerunt: & quotiens Atheniensium exercitus instat pedem referunt: referentibus pedem instant: diuque huiusmodi fuit pugna alterutra in secutione ac fuga & in utraque inferiores erant Athenienses. Itaque quoad suppeditarunt sagittariis telis: liciteque munere suo uti restiterunt. Nam Aetoli ut pote leuiter armati dum sagittis peteretur se subducebant. At ubi sagittariorum praefectus occubuit: caeteri dissipantur multo iam continnetique labore defessis: & Aetolis urgentibus iaculantibusque sic in fugam terga uertunt: atque incidentes in rupes in uias ac loca sibi ignota. Si quidem eorum: dux itinerum Chronon Messenius occiderat interire. Quorum cum multos in ipsa fuga assecuti cominus Aetoli iaculis occiderunt homines ueloces ac leuiter armati: tum uero plures uis aberrantes: tum delatos insulas: per inuias immisso igne concremarunt. Ut nullum non genus fugae ac mortis in Atheniensi exercitu uisceretur: aegreque qui superfuerunt ad mare & ad Oeneone locridis unde profecti fuerant euaderent. Perierunt autem cum ex sociis multi: tum Atheniensium Armatorum circiter centum uiginti: hi tot uiri & aetate florescentes: & in hoc bello ex populo Atheniensi praestantissimi amissi sunt. Perit quoque alter ex ducibus Procles. Victi uictoribus concessa uictoria mortuos suos recuperarunt: & in Naupactum se dehinc Athenas nauibus receperunt. Demosthene apud Naupactum & eadem circa loca relicto: quae Athenienses ob ea quae gessisset timeret: per eadem tempora Athenienses qui circa Siciliam agebant: cum in locridem nauigassent: ingressu quodam locros quae loco auxiliu ferebant supant: ac pipolion capiunt quod oppidum situm est ad flumem halece. Eadem aetate aetoli iam

torumque ex suis classiaris Atheniensium: nam quindecim corcyrentium naues abierant bellum intulit Aetolis: profectus ex oeneone locridis. Erant autem hi Ozolae foederati cum locris debebantque Atheniensibus praesto esse cum omni exercitu in Mediterraneis. Quippe cum finitimi sint Aetolis & genere armorum similes: ad haec & pugnae illorum & locorum periti magno ului eorum auxilia fore uidebantur. Et cum statua in templo Nemei Iouis habuisset: quo in templo fertur Hesiodus Poeta ab incolis interemptus: cum oraculum accepisset se in Nemea hoc esse passurum: sub auroram motis castris in Aetoliam pergit: Ac primo die Potidamiam expugnat sequenti Crocyliam: tertio Tichion. Ubi subsidens praedam in Eupolion locridis misit: habens in animo cum caetera in potestatem redigisset: sic aduersus ophiones: nisi se dederet: postquam Naupactum redisset: tendere. Sed non latuit Aetolos hic apparatus: ac ne tum quidem cum primum coepit consilium inuadendi. Postquam omnis exercitus introgressus est: tum ingenti manu omnes auxilio uenere etiam ab ultima ophionia: qui ad Maliacum sinum pertingunt. Bomientes Calliensesque. Ibi Demosthenem Messenii tale quiddam quale prius admonendum faciles esse Aetolos ad bellandum hortabantur ut quae primum irer ad uicos: nec expectaret dum uniuersi conferata acie occurreret: oblatam semper occasione raperet. Quibus ille uerbis acquiescens ac fortuna frater: nihil dum aduersi expertus locros qui uenturi sibi auxilio erant: non praestolatus cum praecipue iaculatoribus leuis armaturae egeret: contedit aduersus egitium aggressusque expugnat. Nam oppidani fuga dilapsi erant. & colles qui oppido imminet insidebant. Est enim litum excellis in locis remotum fere octoginta stadiis a mari. Ibi Aetoli iam enim ad auxilium uenerant: alii ex aliis tumulis decurrentes Athenienses sociosque inuadunt missilia ingerunt: & quotiens Atheniensium exercitus instat pedem referunt: referentibus pedem instant: diuque huiusmodi fuit pugna alterutra in secutione ac fuga & in utraque inferiores erant Athenienses. Itaque quoad suppeditarunt sagittariis telis: liciteque munere suo uti restiterunt. Nam Aetoli ut pote leuiter armati dum sagittis peteretur se subducebant. At ubi sagittariorum praefectus occubuit: caeteri dissipantur multo iam continnetique labore defessis: & Aetolis urgentibus iaculantibusque sic in fugam terga uertunt: atque incidentes in rupes in uias ac loca sibi ignota. Si quidem eorum: dux itinerum Chronon Messenius occiderat interire. Quorum cum multos in ipsa fuga assecuti cominus Aetoli iaculis occiderunt homines ueloces ac leuiter armati: tum uero plures uis aberrantes: tum delatos insulas: per inuias immisso igne concremarunt. Ut nullum non genus fugae ac mortis in Atheniensi exercitu uisceretur: aegreque qui superfuerunt ad mare & ad Oeneone locridis unde profecti fuerant euaderent. Perierunt autem cum ex sociis multi: tum Atheniensium Armatorum circiter centum uiginti: hi tot uiri & aetate florescentes: & in hoc bello ex populo Atheniensi praestantissimi amissi sunt. Perit quoque alter ex ducibus Procles. Victi uictoribus concessa uictoria mortuos suos recuperarunt: & in Naupactum se dehinc Athenas nauibus receperunt. Demosthene apud Naupactum & eadem circa loca relicto: quae Athenienses ob ea quae gessisset timeret: per eadem tempora Athenienses qui circa Siciliam agebant: cum in locridem nauigassent: ingressu quodam locros quae loco auxiliu ferebant supant: ac pipolion capiunt quod oppidum situm est ad flumem halece. Eadem aetate aetoli iam

Hesiodi poetae Mo

Egitium

Athenienses uincuntur ab aetolis

Peripolion



antea missis Corinthum ac lacedæmona legatis Iepho Ophionensi & Boriade Eurytane ac Tisandro Apodoto: suadent ut sibi aduersus Naupactum mittantur auxilia propter Atheniensium ingressum. Et miserunt lacedæmonii tria milia grauis armaturæ ex sociis: quorum fuere quingenti ex Vrbe Heraclea: tunc recens apud Trachiniam cõdita duce Eurylocho comitibus eius Macario & Menedato omnibus Spartiatis. Coacti apud delphos exercitu Eurylochus locris ozolis ut sibi præsto essent edixit. Illac enim in Naupactum iter erat: & simul eos ab Atheniensibus abducere uolebat: habens præcipue sui studiosos Amphistes: qui propter odium phocensium timentes & primi dederunt obfides: & alios ad dandum induxerunt: aduentu exercitus territos: & ante omnes sibi finitimos Myones qua parte locris in accessa est maxime. Deinde Ipnenses: Messapios: Tritanes: Chalæos: Tholophonios: Hestæos: & Oeantheses qui omnes militiam secuti sunt. Nam olpæi sequi noluerunt tantum obfides dederunt. Hyæi ne obfides quidem dederint priusquam eos uicus captus est: nomine Polis. Vbi cuncta in expedito fuere & obfides in dorico Cytinio depositi aduersus Naupactum per locros cum exercitu cõtedit. In quo ipso itinere facièdo Oeoneon de locris capit & Eupoliõ. Nam imperata facere recusauerant. Cum in Naupactiã uentum est: & Aetoli uenere auxilio regionem populantur: & sub Urbana muris iactantia capiunt. Profecti quoque Molytion Corinthiõrum coloniam: sed Atheniensium ditionis expugnat. Demosthenes autem Atheniësis. Nam adhuc post reditum ab ætolica clade circa Naupactum agebat: præscito hostium aduentu ab Vrbe sollicitus: adiens Acarnanes persuadet & si ægre propter discessum a Leucade ut Naupacto subueniant: A quibus missi cum eo mille armati nauibus ingressi Urbem tutati sunt. Metus enim uæhemens erat: cum muri magni essent: & propugnatores pauci ne paræ ad defensionem sufficerent. Eurylochus & qui cum eo erat: ubi cognouerunt ingressis copiis oppidum ex pugna non posse abierunt: non in Peloponnesum sed in Aëolidem quæ nunc Calydon uocatur & Pleuronem: aliaque circa loca nec non in Proschion Aetoliæ. Nam eos ambracii adierunt suadentes: ut secum Argos Amphilocheum ceteraque amphilocheia: præterea Acarnaniam subigerent: Affirmantes si potantur eis fore ut totam Epiroticam gentem in lacedæmoniorum societate adducerent. His persuasus Eurylochus ommissis etolis in illa loca cõgessit. dum Ambracii auxilio uenientibus aduersus argos eundem esset. Aestatisque excessit. Sub hyeme autem quæ in Sicilia agebat Athenienses cum sociis graecis. Et quicumque Siculorum uel ab ipso Syracusanorum ad ipsos defecerat uel reges focii erant: aggressi sunt Nisam Siciliae oppidum: cuius arcem Syracusani tenebant. Quam cum expugnare nequissent abierunt. Sed in abeuntes impetu dato illi ex arce postremos atheniensium socios in fugam uertunt: nec paucos occidunt. Post hæc laches & atheniensis egressi e nauibus nonnulla in loca locridis: iuxta Caicinum amnem: locreses ad arcendam uiam occurrentes cum pæneo Capatonis filio circiter trecentos ceperunt: detractisque armis abierunt. Eadem quoque hyeme delum expiauerunt athenienses ex oraculo quodam. Nam & Pisistratus tyrannus eam prius expiauerat. sed non omnem: uerum eatenus: quatenus a templo prospectus patebat. Tunc autem omnis expiata est idque ad hunc modum. Quæcumque in delo defuissent extiterunt monumeta: omnia sustulerunt & iposteque edixerunt: ne quis in insula: neque moreretur: neque nasceretur: sed morituri iam ac peritura in Rheniã transportaretur in insulam: ita paræ a delo distat: ut Polycrates Sarioque tyrannus cum aliquando & classe poleret & aliis insulis ipitaret: captam Rheniã catena annecteret delo: deli quoque apollini consecraret. Tunc quoque primū post iustrationem Atheniensis iustralia festa idest quinto quoque anno fecerunt. Fuerat autem alias prisca memoria iges apud delon cele-

Amphistes

Nisa

Delos expiat

Rhenia - i. puto corrigere  
 du rhenea - de q. Theocritus meminit in encomio ptolomei. Ἰσον  
 ἢ ῥηναιαν ἀναξ. &  
 φιλασον ἀπόλλων.  
 in codice greco thurycoli  
 dis ῥηναιαν

britas: Ionum & ex circumiectis insulis hominum: qui cum coniugibus ac liberis spectabant: ut nunc ad Ephesia festa Iones confluunt fiebatque certamen gymnicum musicumque & Ciuitates Choros ducebant. Quæ ita fuisse declarat in primis Homerus his uersibus: quæ sunt ex prohemio Apollinis. Tunc tibi magnopere indelo mens gestit Apollo. Cum natis quotiens cum coniugibusque frequentes: Iones in fluxa celebrant tua compita uestæ. Cestitus & uariis certamina sacra choræis. Oblectant referuntque tuas modulamine laudes. Quod autem & musicis certamine proposito: illuc se certaturi cõferebant in his uersibus indicat qui sunt exodem prohemio. Si quidem deliacum foeminae Chorge laudans. ita uersus eius laudationis finit: in quibus & sui ipsius meminit. Verum age dum nobis assis cum phoebe diana: Vos etiam cunctæ me discedente ualete. Et memores estote mei post hac homo si quis: Venerit huc alius peregre dicatque puellæ. Quis uir in his uersans unquam lepidissimus oris. Pectora præcipue demulsit uestra canendo: Vos uno assensu sic respondete fauentes. Vir qui luminibus captus chion incolit altam. His hoerulsi significauit iam olim apud delum magnam cõuentum ac festum cõsueisse celebrari. Ad quæ postea & iuliani & Athenienses choros cum sacris missitarunt. Sed certamina & cetera pleraque aduersus calibus ut credibile est exoluerunt: primique Athenienses certamine instituerunt: & cursus equorum quod ante non fuerat. Eadem hyeme Ambracii prout sponponderant Eurylocho cum exercitu præsto fuerunt: profectique argos Amphilocheum cum tribus milibus armatorum atque argiam ingressi Olpas capiunt: ualidum in colle mure mari iminentem: quo Acarnanes eius auctores aliquando publico iudicio locum utebantur: distantem fere quinquaginta & uiginti stadiis ab argiuorum quæ maritima est Vrbe. At uero Acarnanes partim argos suppetias gerunt: partim utique qui ex Amphilocheia erant ne se lateret Peloponnesium qui cum Eurylocho ueniebat in Ambracii transitus custodias eo loci agebat qui fontes uocantur. Mittunt præterea tum in Aetoliã ad Demosthenem qui fuerat Atheniensium dux: ut sibi præesset: tum ad uiginti quæ circa Peloponnesum erant naues Atheniensium: quibus præerat Aristoteles Timocratis & Hierophon Atimnesti filius. qui apud Olpas erant. ambracii mittunt & ipsi ad Urbem: ut sibi ueniat omnis populus auxilio extime scetes ne Eurylochus cum iis quos habebat Acarnanes præstantire non posset: ne uel sibi destitutis aut præliandis foret: aut redire uolentibus minime tutum. Hos ubi uenisse senserunt Eurylochus ac Peloponneses: motis e pschio castris cõferti ad ferenda eis auxilia proficiscunt: Ac transmissio Acheloo per Acarnaniã obmissa argos præstidia uacuum iter faciunt: ad dextram hentes & urbem & præliandis Stratõrum: ad sinistram reliquam Acarnaniã. Et cum illorum aggre præstissit per Sphytiã & rursus per Medeonis extram: dehinc per limnæam ad Agræorum regionem: quæ non Acarnaniæ iam sed ipsi amica erat pergit: occupatoque Thyao monte in culto ac supato in Argiã iam nocte deueiunt. Atque illic iter urbem Argiõrum & Acarnanum ad fontes custodiam furtim itinere facto cum ambracii quæ apud Olpas erant miscerent: ac simul illuxit cõferti ante urbem quæ uocatur metropolis cõstitit castraque metat. Nec ita multo post hic naues uiginti Atheniensium argiis auxilium latum: ad ambracium affuerunt. illic Demosthenes cum ducibus messelorum armatis & Atheniensium

Celebritas apud delon insulam

Homerus (scus)



97  
sagittariis sexaginta. Et classiari quidem milites nauibus egressi tumultum circa Olpas inuaserunt. Acarnanes autem & Amphilocorum aliquot (nam eorum plerique ab Ambraciis destinebantur) cum iam argos conuenissent se præparabant: tanquam cum aduersariis pugnaturi: delecto duce socialis exercitus Demosthenes cum ipsorum prætoribus. Hic promotis copiis prope Olpas castra posuit: dirimente utrosque ingentem rupe: & dies quinque cessatum est. Sexto ad pugnam se utriusque instruebant: Sed maior erat ac superat Peloponnesium acies: Ex quo Demosthenes ne circumueniretur metuens in quadam caua & dumosa uia collocat tam ex armatis quam ex leui armatura ad quadringentos: ut cum hostis numero superior esset: in ipso congressu surgentes ex insidiis eum a tergo aggredieretur. Vbi utriusque instructum ad manus itum est. Dextrum cornu Demosthenes: alterum cum messeniis & paucis Atheniensibus tenebat: Acarnanes ut quicunque erant instructi: & quæ aderant Amphilocorum iaculatores Peloponneses & Ambracii instructi promiscue erant: præter Mantinæos. Hi enim in leuo potius nec eo extremo confecti stabant. Nam eius extremum tenebat Eurylochos cum suis contra Messenios Demosthenesque. Cum iam manus confererentur Peloponnesesque circumuenirent sinistram suam dextram aduersariorum cornu atque concluderent: superueniunt his a tergo ex insidiis Acarnanes: datoque impetu hostem auertunt: ita ut uirtutis immemor non resisteret: sed territus maiorem exercitus partem ad fugiendum induceret. Quippe: ubi uidit Eurylochi cornu: quod erat ualidius cedi multo maiori metu perculsus est. Et ab ea parte Messenii cum demosthene rem conficere antuntur. Sed Ambracii & qui in dextro cornu erant a sua parte uicerunt: hostesque ad argos usque sunt persecuti. Nam illos circa populorum pugnacissimi sunt. Hi cum reuertuntur ad suos eosque maxima ex parte superatos & in tendentes cæteros Acarnanes conspicantur: ægre ad Olpas salutem sibi peperere: multis eorum interfecit: dum incompositi & nullo ordine inuadunt: præterquam Mantinæos qui ex omni exercitu maxime copulite se se receperunt. Cessauitque sub uespere pugna. Postero die Menedæus defuncto Eurylocho ac Macario suscipiens imperium ob acceptam ingentem calamitatem dubius: quoniam modo aut remanens ferret obfidionem terra ac mari obseptus: aut tuto discederet mentionem facit apud Demosthenem ducesque Acarnanum de discessu paciscendo recipiendisque cæsis. Illi cælos quidem reddiderunt ac suorum fere trecentis receptis trophæum statuerunt. Abeundi uero facultatem non palam indulgere omnibus. sed clam & Mantinæis tantum cum Menedæo ac cæteris Peloponnesium ducibus: & quicumque ex eis erant præcipue dignitatis uolentes cum Ambraciis & Peregrinum militum mercede conductum desertos esse: tum uero lacedæmoniis ac Peloponnesibus apud græcos illos conflare inuidiam tanquam proditoribus: qui suorum ipsorum non sociorum salutem consulissent. Hi receptos mortuos suos festinabundi pro præsentis copia sepelierunt: & de abeundo illis quibus data facultas erat clanculum deliberabant. Ibi Demosthenes cum Acarnanibus certior fit. Ambracios primo illo ex olpis nuntio excitos uenire auxilio: ac uelle per Amphilochos iis qui in olpis essent se committere: nihil admodum eorum quæ gesta essent scientes. Itaque protinus partem quandam copiarum mittit ad obsidendas insidiis uias ac tutissima quæque loca occupanda. Cæteras copias ad ferendas iis auxilia instruit. Interea Mantinæi & illi cum quibus transactum erat per causam: legendi olera ac fermenta paulatim egredientes abibant: & cum legendo ea quorum gratia exierant: iam perculsi ab olpa erant progressi tunc se otius propriiebant. Quos abire Ambracii ubi sensere: & cæteri qui sic

111  
frequentes eo se contulerant: & ipsi prodeunt capessuntque cursus uolentes assequi socios. Eos arbitrati Acarnanes initio omnes æqualiter sine pactioe abire Peloponneses insequi cœpere & fuere: qui in quosdam e ducibus insequi uerantes ac dicentes data fide illos abire: iaculum emisissent existimantes se proditos esse. Tunc ommissis Mantinæis ac Peloponnesibus Ambracios trucidabant: eratque ignis & contentio & error: quisnam Ambracius quisue Peloponnesis esset: & ex eis adducere cæsis: cæteri in agridem quæ contermina erat diffugiunt. Quos Salynthius Agræorum Rex ut pote amicus excepit. Inter hæc Ambracii qui ex Vrbe ad hos iter habebant ad Idomenem perueniunt. Sunt autem Idomene duo excelsi tumuli: quorum eum qui maior est occupauerunt qui e castris a Demosthene præmissi fuerant: cum hostem in ueniendo ac præueniendo latuissent. Minorē illi priores ascenderant atque insidebant. Demosthenes a cœna ac primo crepusculo statim cum cætero exercitu uiam ingreditur: dimidium eius secum habens altero dimidio per amphilochicos montes eunte: ac subexortum auroræ inuadit Ambracios adhuc iacentes: nec dum aliquid regis gestage gnaros: quinimo opinantes potius istos ex suis esse. Nam astute Demosthenes primos omnium Messenios ire iusserat: ac dorice alloqui ad faciendam primis excubatoribus fidem: præsertim non cernentibus cum adhuc nox esset. Vbi igitur cum omnibus copiis impetus factus est: in fugam uertuntur multi ibidem cæduntur: cæteri in montes uersus fugam se mandant. Vix occupatis iam itineribus: ad hæc amphilochis tum leuiter armatis: tum regionis peritis aduersus armis graues: & quo se uerteret ignaros: & in loca aut prærupta aut ab insidiantibus iam infesta incidentes trucidabantur: & cum omne fugam temptarent genus: non nulli ad mare non ita distans contenti debant: ac conspectis quæ terram legebant atticis nauibus ad eas: ita rei conductio urgebat annatabant: existimantes præsentem in metu fatius esse ab iis qui in nauibus erant: si oporteat interfici se: quam aut a barbaris aut ab inimicissimis Amphilochis. Hunc itaque in modum Ambraciiis profligatis e multis pauci in Urbem euaserunt. Acarnanes spoliatis cadaueribus: trophæisque erectis argos rediere. Et ad eos postero die Caduceator uenit ab iis: Ambraciiis: qui ex olpa ad Agræos fugerant petiturus eorum corpora: qui post primam pugnam cæsi fuerat: dum nulla fide accepta cum mantinæis & aliis qui fidem acceperant simul exissent. Cæteris intuens spolia Ambraciorum qui ex Vrbe prodierant admirabatur numquam: neque enim rescierat cladem: sed ea sociorum suorum esse arbitrabatur: & eum quidam opinatus ab iis uenire qui apud Idomenem essent: quidnam admiraretur interrogat: & quot ex ipsis perissent. Circiter ducentos inquit ille. Atqui non ducentorum arma hæc sunt: excepit qui interrogabat: sed plus quam mille interfectorum. Et ille rursus. Non ergo sunt eorum qui nobiscum in atie steterunt. Cui idem respondit. Sunt sane uestrorum: si quidem uos heri in Idomene pugnaistis. At qui nos inquit ille heri cum nemine pugnauimus. sed nudius tertius cum abiremus. Et hic nos uero ait cum istis heri certauimus ex Vrbe Ambraciorum auxilio uenientibus. Quo audito Caduceator intelligens auxiliorum Urbanorum stragem edito gemitu re infecta continuo abiit attonitus præsentium malorum magnitudine: nec ulterius cæsos repetiit. Hæc. n. clades hoc bello maxima extitit: utique una in Ciuitate & intra tam paucos dies. Nec numerum cæsorum scripsi ut incredibilem: quoniam maior est fertur quam pro magnitudine ciuitatis. Hoc scio Acarnanes atque Amphilochos: si Athenienses ac Demosthenem audire uoluisset ipso clamore Ambraciam fuisse expugnatos. Nunc pertimuerunt ne tenentes illam Athe-

Idomene



nienes: gratiores ipsis accolæ forent. Post hæc tertia spoliolum parte Athenien-  
sibus in sortem data: reliquum iter Ciuitates diuiserunt. Et quæ Atheniensibus  
cesserunt: pleraque fuere intercepta. Nam quæ in templis affixæ uisuntur trecē  
tæ solidæ armaturæ: ææ peculiariter demostheni datæ: & ab eo nauibus appor-  
tata sunt: Cui ob hac res gestas tutior in priam post calamitatē in ætolia accep-  
tam reditus fuit. Vbi uiginti Atheniensium naues Naupactū rediere: & Atheni-  
enses ac demosthenes abiere: acarnanes & Amphilocho publica fide interposita  
ueniam dedere Ambraciis: atque Pelopōneses qui ad Salynthium & agræos cō-  
fugerant: ex Iniadis abeundi Aditoq; Salynthio cum Ambraciis i polterum ad  
centum annos fide data societatem coierunt: his legibus ut neq; cum Acarnani-  
bus Ambracii Pelopōnesibus arma i ferrent: neque cum Ambraciis Acarnanes  
Atheniensibus: sed mutuo sibi auxilio forent: redderentq; Ambracii Acarnani-  
bus: quicquid aut oppidorum aut finium de Amphilocho teneret: nec opē Ana-  
ctonis ferrent Acarnanum hostibus. His conuentis bellum soluerunt. post hæc  
Corinthii præsidium ex suis ad trecētos armatos in Ambraciam miserunt cum  
duce Xenoclide Euthyclis filio qui ægre itinere per epirum facto peruenerunt.  
Ita se habent res ad Ambraciam gestæ. Eadem hyeme qui apud Siciliam erant  
Atheniensis: cum egressi e nauibus inhimeræam essent Siciliensibus una super-  
ne inuadentibus extrema Himerææ: cunq; ad æoli insulas nauigassent in Rhe-  
gium se recæperunt. Vbi pythodorum Isolochi filium Atheniensi ducē offēdūt.  
Successorem lachetis in nauium præfectura. Nam Sicilienses focii aditis Atheni-  
ensibus persuaserant: ut se maiore classe adiuuarent. Quippe Syracusani cum  
terra forent illis superiores: & mari paucis nauibus impedirent talem classem  
instruxerāt: ut post hac cōtēni nō possēt. Itaq; sexaginta naues expleuerūt Atheni-  
es: tanq; focii mittēdæ: & tamē tū existimabāt citius ibi bellū finitū iri: tū uole-  
bāt fieri nauū experimentū. Igitur unū e ducibus pythodorū cum paucis naui-  
bus miserunt: missuri cum pluribus Sophoclem Solstratide filium & Eurimedō-  
tem Thuclei. Pythodorus accepta iam lachetis præfectura profectus est sub ex-  
tremum hyemis ad prætidium loerorum: quod ceperat laches & uictus a loeris  
